Que sunt pnie canonice ⁊ quare ꝓ peccato mortali agi debet pnia septennalis.

Que aūt pnie canonice sint ex hoc accipe. q regulariť ꝓ peccato mortali debet agi septennis pnia. vt dicit canō xxxiij. q. ij. Cuius dicti mlitiplex ponitur rō ꝑter eam quam ponit canon de maria scz sorore moysi q̄ iubeť excludi ꝓ septē dies extra castra. Dicz ꝓpter septēplicem grām spiritꝰ sancti recupandā quam peccādo ꝓdidimꝰ. Item ꝓpter septēplicem coucursum peccatorū. quia vno peccato ꝓpetrato/ꝓcurrunt omia septez capitalia. Sm opinionem dicentiuz q habito vno habenť omnia. Juxta illud. ꝓ sexdecim. septem decim nequicie in corde eius. Item ꝓpter recuperatōz septem dotum. qz ꝓ pniam septē dotes recupamus. q̄tuor. s. corpis. ⁊ tres aie. De quibus supra in fine tractatus de symbolo fidei. in declaratōe. s. duodecimi articuli. Item ꝓpter recupatōez septem illorū ex q̄bus constat hō .s. q̄tuor elementorū. quo ad corpus. ⁊ trium viriuz scz rationalis irascibilis ⁊ cōcupiscibilis quo ad spūz ꝓpter enormitate tñ crimis debet q̄n qz maior penitentia q̄z septēnis infligi. De qua materia reqre in summa Raymūdi ti. de penitētia.

Utrum pnie sunt arbitrarie vel non.

Utruz etiā pnie arbitrarie sint nec ne. Et qualiť sic ⁊ q̄liter nō. Dicit idem Raymūdus eodem ti. de pnia. Nota tñ circa hoc duplex est opinio. Una ponit q oēs pnie arbitrarie sunt. i. qz in volūtate sacerdotis est/dare. vel plus vel minꝰ. ⁊ hoc ex potestate vel vi clauium. Et huic opinioni fere omēs confessores innituntť. Alia ponit q ita arbitrarie sunt q̄ sacerdotum est iudicare de omnibus circūstantijs ꝓtingētibus. ⁊ tñ a canonibus non recedere. i. a penitentijs a canone iniūctis. Consideratis em circūstantijs si grauiores fuerint penam canonicā aggrauare possunt. Si vo leuiores fuerint/sic. s. q factum diminuāt. tunc de pena canonica poterunt diminuere. Et hec est opinio securior.

Quis sit idoneus minister in sacramento penitentie.

Minister aūt huius sacramēti est sacerdos Nam soli sacerdotibus dedit dominus ptātem ligandi ⁊ soluendi Et licet quilibet sacerdos ex vi ordinis/huius sacramenti minister sit. non tñ cuilibz sacerdoti indistincte permissum est ista ptāte vti: imo respectu aliquorū est hmōi potestas ligata vt tangit Raymūdus in summa sua ti. de pnia di. ij. que est de ꝓfessione. §. tenet penitens. Et pluribus pagraphis sequentibus vsq̄ in finez dicte secūde distinctiōis. Et infra etiam aliqualiter tangeť vbi de ipa ꝓfessione ageť.

De ptibus sacramenti penitentie in generali.

Hanc ad ptes penitētie attendendum est q sunt tres. Sm triplex peccatum. cordis. oris ⁊ opis. Vel Sm triplex allectiuū ad peccatū .s. concupiscētia carnis. concupiam oculorū. ⁊ supbiaz vite. Et sunt iste contritio ꝓfessio ⁊ satisfactio. Hec triplex dicta: qua deueniť in celū. De qua Exodi iij. Jbimus viam triū dierum ⁊c. De pma .s. de ꝓtritione tangendū est pmo q̄d sit. An doloz minimus sufficiat ad hoc q quis ꝓtutem habeat contritōnis. An oporteat contritōz cum tota vi ta ꝓtendi?

De prima parte penitentie. Quid sit contritio.

Diffiniť autem contritio ab aliquibus sic. Cōtritio est doloz volūtarius ꝓpter catis. semp in se puniēs q̄ dolet quod misisse. Que diffinitio licet generaliter penitentie ꝙuenire videať. tñ maxime ꝙuenit ꝓpter contritōz. In ꝓtritōne em esse ipius penitentie maxime saluať. eo q oportet sp illaz actu cum pnia esse. Alias aūt partes pnie in casu sufficit vt assint Sm votū ⁊ voluntatē. Diffiniť etiam ⁊ ab alijs sic. Cōtritio est doloz ꝓpeccati assumptus cum ꝓposito ꝓfitendi ⁊ satisfaciendi. Uñ nisi assit ꝓpositum ꝓfitendi ⁊ satisfaciendi non est ꝓtritio. sed potius attritio nominať. Si obijcias q in valida ꝓtritōe deleť culpa ⁊ pēa. Uñ cum ꝓfessio ⁊ satisfactio pene sint: tam intē sa poterit esse contritio. q neq̄ oportebit adeſ

se confessionē neq; satisfactiōez. Ad quod dici
pō tq; nemo nouit se talem ꝓtritiōz habere que
delere possit vtrūq;. Uñ vt non cōmittat se q̄s
discrimini. oportet q; q̄uis habeat validā con-
tritōem. habeat nihilominus ꝓpositū ꝓfitendi
z satisfaciendi. maxime cū ista sint in p̄cepto ec-
clesie. z non parere p̄cepto/transgressio z pctm̄
mortale sit. Hoc tñ scito q; ꝓtritio sola in articu
lo mortis vbi nō apparet cui possit fieri cōfessio/
sufficit ad salutem. sed qm̄ incertum est vtrum
tunc ꝓtritio possit haberi: stultū est illud tps ex
pectare. z tanto se discrimini refuare.

An minimus dolor sufficiat ad habendū ꝟtutem contritionis.

An dolor minim⁹ possit esse contritio
vel sufficiat ad deletiōz culpe p̄cipue
cum dicat Threñ. ğ. Magna velut
mare contritio tua. dubitari pōt. Sz
dicunt mgri q; minimus dolor sufficit ad deletō
nem culpe. dūmodo informat⁹ fuerit charitate.
vtpote q̄ exerat a se ꝓpositum ꝓfitendi z satisfa-
ciendi. qz talis dolor contritio dr. Est ğ talis do-
lor contritio minima. z ꝟ delet tm̄ culpaz et rea
tum seu debitū pene eterne. Qui si maior fuerit
delet ꝓtem pene tpalis debite. Si ꝟo maxim⁹
fuerit/totā penam z totā culpam delet. Que au
tem talis sit: nescio. deus scit. Et dr magr vt maior
vel maxima ꝓtritio ꝟm q; ad maiorē dolorē mo
uemur. Eo q; ꝓnt sumus ad dolorē minorē de-
bito q̄ non liberat a gehenna. Et qz p maiorem
dolorem euacuat culpa/z tota pena. hinc ꝓtri-
tio dicit minor z maior z maxima. Sed nun-
quid oportet q; tantus sit dolor vl pigentia vt
nollet homo ꝓtoto mūdo vel p vita obseruan
da iterū mortaliē peccare? Plane dr q; sic. eo q;
minus bonū semp debet velle amittē ne maius
amittat. Deus em̄ in infinitū maius bonū est to
to mundo. qui tm̄ amittitur in peccato mortali.
Uñ si penitens pfiteatur se esse in tali ꝓposito/
amplectendus est. qz bn̄ validam habz ꝓtritōz
Si aūt pfiteat se in ambiguo esse/ vtrū cederet
vel sustineret mortem anteq; peccaret mortaliē
adhuc fouendus est non abiciendus. Sufficit
em̄ aliquo mō istud ambiguū. Eo q; nullus cer
tus est vtrum cederet vel sustineret. Ut dic au-
gustinus in li. de ꝟginitate. Sed si ex delibera-
ta ꝓscientia dicat se certū esse q; ꝓpus peccaret/ q̄
cederet toti mundo. vel mortem pateret. Istuz
dicūt nō esse contritū. nec vllam recipe remissio
nem peccatorū. eo q; nullam habet ꝓtritōnem.
Hanc tñ q̄titatem contritiōis non debz confes-
sor exigere vt coram se pfiteat penitens. Sed p
signa debet eam in ipo supponere. Si ita tamen
de facto pfiteat/tenendū est quod dixi.

An contritionē oportteat cum tota vita ꝓtendi.

De excessione contritōnis vtrum vidz
do oporteat ipam cum tota vita ꝓtendi
maxime cum medicina non ꝓtendat
vltra morbū/dubitari pōt. Sed dic
q; dolor ꝓtritōis non finit nec finiri dz in hac vi
ta. imo sicut infinita est offensa in peccādo. qz in
deum q̄ est infinitus. ita exigit vt dolor de offē-
sa p modo possibili sit infinitus. vt. s. eternitatē
saltem vite homis habeat. cum eternitatem sim
pliciter habere non possit. Eo q; nemo sit q̄ sem
per viuat. Hoc est si in eternū in hac vita viue-
ret: in eternū de peccato dolere deberet. Insup
morbus peccati q̄uis euacuatus sit quantū ad
culpam z reatū/semp tm̄ manet z manere debet
q̄tum ad detestatōz in memoriā ꝓpetrati deli/
cti. vt dicit Hugo de sancto victore. Cū q̄ mor/
bo ꝓtendit dolor vt eius medicina. q̄ nō est cu-
rans morbum ꝓteritum. sed p̄uans a futuro.
De effectu ꝟo contritōnis. z an in ꝓtritōe de
leatur peccatum anteq; deueniat ad ꝓfessionez
inuenies in summa Raymundi titu. de pe. di. s.
que est de ꝓtritōne. §. Sequit quis sit effectus.
Et. §. q̄liter autē hoc sit intelligendum.

De secunda parte penitentie. s. de ꝓfessione in generali.

De confessione z satisfactōe nō ē opus
d multa tangere eo q; diffuse de his tra
ctetur in summa Raymūdi. Nō tam
quid sit cōfessio. An sit necessaria ad
salutem. Et an cadat sub p̄cepto. Et sub q̄. Cui
facienda est. Quantū differri possit.

Quid sit confessio in speciali.

Diffinit aūt sic confessio. Cōfessio est
d legitima coram sacerdote peccatorū
declaratio. Dicit i ista diffinitōe pec
catoꝝ declaratio. ꝫ illos qui peccata
sua celando vel ea excusando occultant. Dicit
peccatorū contra eos qui recitant bona sua i cō
fessione. vel qui ꝓfitent p abnegatōz peccatorū
vt non sum adulter. non sum homicida z hmōi
Dicit coram sacerdote. s. q̄ clauem habet et po
testatem soluendi. non cor̄ā quolibet de populo
Poterit tamen in necessitate. vt in piculo mor-
tis/coram non sacerdote fieri. Legitima dic̄ qō
importat omnes conditōes que exigunt ad ve-
ram confessionem. quas quere in sum. Raymū
di titu. de peni. di. ij. que est de confessione. §. se
quitur que sunt necessaria ad veram confessio/
nem.

An confessio sit necessaria ad salutem.

Propter eos qui dicunt confessiones non esse necessarias ad salutē/ eo q nō cadat sub aliquo p̄cepto diuino. ¶ Ut patet discurrendo p̄cepta decalogi. Exodi.xx. Notandū est ꝛ inuiolabiliter obser/uandum: q absq; vocali confessione vel sig̃ q̄ loco vocis sufficiat. non est salus. dūmodo confessor haberi possit. Eo q dicit Ambro. Nō potest quis a peccato iustificari/ nisi peccatum fuerit confessus. Et concedenduz est q sub p̄cepto cadat sicut omne necessariū ad salutem. ¶ Sed attēdendū est aliquid sub p̄cepto cadere dupliciter. s. vel p̄ncipaliter explicite. vel secūdario ꝛ implicite. Primo modo confessio non cadit sub p̄cepto. Eo q non inueniaꝫ expresse in aliq̄ decem mandatorū seu p̄ceptorum. Cadit tamē secundario ꝛ implicite sub p̄cepto. ꝛ dici potest q sub illo p̄cepto. Honora patrem tuū ꝛ matrem tuam. Ubi p̄cipit honor ꝛ obedientia facienda matri ecclesie. Quia igit ecclesia statuit et p̄cepit confessionem homini fieri. Ex consequēti in mandato illo p̄cipi videt. vt homi fiat cōfessio. ¶ Ubi autē confessio instituta sit ꝛ p̄cipiaꝫ ab ecclesia. Require in summa Raymundi ti. de peni. di.ij. que est de confessione. §. Cui sit.

Cui sit facienda confessio.

Quia autez facienda sit cofessio. in summa p̄dicta Raymundi dicit. Uerū/ tamen breuiter dici potest q soli prio sacerdoti est faciēda. quia ille solus habet potestatem absoluendi suos s̄bditos. ꝑterq̄ in casibus specialibus. s. cum domin⁹ papa vel episcopus in dyocesi sua/ dat ꝓprio sacerdoti adiutores. sic vt facit cum trāsfert potestatem suam in penitētiarios suos. vel ordinat aliquos qui p̄dicando/ ꝛ exemplum bone vite dādo/ moneant populum ꝛ eos quos monuerint audiant ꝛ absoluant. Uel cum plebs multa est. ꝛ non sufficit ꝓprius omnes audire. tūc potest episcopus dare coadiutores. ¶ Sunt ꝛ alij casus. s. cum sacerdos licentiat sū um subdituz vt alij confiteaꝫ. Et credit q tenetur licentiare i sequentibus casibus subditos. Et si non licentiauerit/ potest sub ratihabitione alicuius peti. scz cum quis habet indiscretum sacerdotem. Item cum ꝓbabiliter credit q reuelet confessionem suam. Item cum quis fornicatus fuerit cum filia sororе matre vel concubina ꝓprij sacerdotis ꝓpter quod incurrere credit eius odium si confiteatur ei. Item cum ꝓbabiliter credit q velit inclinare animū confitentis ad consensum mortalis peccati. Item cū quis occultus hereticus deprehendit. Item p̄m aliquos cum proprium quem cognouerit. In hmōi casibus peti potest licentia ꝓprij sacerdotis. ne contemni videaꝫ. Et si non dederit/ credit vel q maior adeundus sit. vel aliquibus illorū qui a superiore suo vl' dominо papa potentiā absoluendi acceperūt/ confiteri possit. Eo q fatuitas iudicaret committere se discrimini. p̄sertim cum omnibus cōtradicentibus possim cauere piculum in corpe. Et fatuum esse diceret q aliquo casu tenerer sequi eū qui me vult p̄cipitare in mente. ¶ Sunt ꝛ alij casus in quibus non oportet expectare nec cadere ꝓprium sacerdotem. Ut cum quis peccauerit in parochia alterius. vbi ratōne delicti efficitur de iurisdictōe eius in cuius parochia peccauit. ꝛ incauit. Item cū quis mutauerit domiciliuz. ꝛ in alterius parochia habitat. Item si est vagabūdus p terras. Item cum est in articulo mortis. In quo casu siue habēti claues ligatas. siue solutas licet confiteri. ¶ Sed hic attende q Raymundus ꝛ alij valde magni dicunt/ q cum prius sacerdos dat suo parochiano licentiam/ vbi voluerit ꝓfitendi. oportet illū parochianuz aliquem adire habentē generalem potestatē confessionis audiendi. Eo q ipe ꝓprius sacerdos parochianū suū licet possit de confitendo alteri licentiare. Non potest tamē illū alienum sacerdotem licentiare q talem possit confessionē audire. nisi accepta ab ordinario potestate. Et tamen nos passim videmus/ q plebani assumunt sibi in adiutoriū multos qui nunc̄ licētiati fuerunt ab aliquo ordinario. Uñ vult ꝛ scribit magister. vi. de trano in summa sua de titulis. q a iure in ordinatōe data est eis potestas absoluendi. ꝛ hanc recipit quilibet in sui ordinatōe. Uñ cum assumunt a plebanis in adiutoriū/ possunt ꝑm ipm confessiones audire. Nam cum a iure licentiam habent. non egēt licentia ordinarioꝝ.

¶ Ceterū de verbo quodam quod dicit ipe. vi de trano. ti. de penitentia de gradibus peccatorū. videlicet q vsus contra naturā execrabiliter fit in meretrice. sed execrabilius in vxore. Dubitatio orit apud magnos eo q ipse vi. q verbum p̄dictum videt velle/ q ille vsus etiam cum vxore ꝓpria. semp mortale sit quod aliq̄bus non placet. Dicunt em q̄dam q ꝓpter necessitatem vtpote ꝓpter nimiam pinguedinē vel apostema vel vulnus in ventre/ dummodo fieret in debito vase si cognosceret vir vxorem modo incōsueto. excusabit vir a peccato. dummodo causa prolis hoc fieret. Et vocant illi vsū contra naturam solū quando quis nō ea parte corpis vtitur que ad generandū instituta est sz alia. ¶ Magister alexander de Ales dicit q peccat vir vxorem suam modo brutali cognoscendo. nec necessitas excusat a toto. licet diminuat quantitatem peccati. Unde grauiter peccaret ꝛ vt credit mortaliter ꝑm ipm qui sic cognosceret/ nulla existente necessitate. ¶ Magister albertus dicit q nihil eorū que facit maritus cū vxore

re/ꝑuato vase debito/est ꝑm se mortale peccatū sed potest esse signum concupiscētie mortalis. s. quādo non sufficit modus quem natura determinat. sed habent modos brutorū animalium. nulla existente necessitate. Unde ꝑm ipm quando alter eorū nimis pinguis est. vel quādo contingit ventrem mulieris apostemari vel impregnari. ita ꝙ anterius non est membrū applicabile. tunc causa plis habende. vel causa reddendi debitum. vel causa fornicatōnis vitande/ nō est phibendū aliter cōuenire. nisi dūtaxat vbi nulla ꝓcedente necessitate. sed tantum ex libidine fieret. Istud tm non expedit ꝑm scire.

Quantū possit cōfessio differri.

Quantum autē differri possit ꝯfessio/ apud aliquos dubitat. Dicunt enim aliqui ꝙ confessio differri potest sine peccato vsq; in tempus determiatum. Et ꝙ cōfessionem facere non sic est preceptum ꝙ oporteat quolibet tpe fieri. Sūt q̄ distinguunt. Quia aut ille qui peccauit/ nondum est contrit⁹ sed manet adhuc in mortali peccato. Et tūc nō confitere data oportunitate. sicut non conuerti vel non cōteri. est ei omni hora peccatum. Sed non nouum peccatū. imo aggrauatio ꝓcedentis. Eo ꝙ diuturnitas sit circūstātia aggrauans peccatum. Si autē ille qui peccauit iam contritus est. Dic ꝙ tenet confiteri aliquādo. sed nō tunc vel tunc. Et ex ꝓcepto ecclesie infra annū iuxta formam decretalis. Omnis vtriusq; Si non confitet/ peccat mortaliter. ꝓpter inobedientiam matris ecclesie. Unde illud ꝓceptū de confitendo nō obligat sub pena mortalis. dūmodo fiat infra tempus statutū. si tamē homo semper conteret. Sed quid si ante tempus sic ad confitendum statutū/ contingat aliquem antecq̄ confiteat subito mori. nec habuerit tempus cōterēdi de transgressione diuini ꝓcepti. quo iubetur aliquādo confessionem facere. eo ꝙ sit morte ꝓgressor. Puta ꝙ damnat tacq̄ legis diuine transgressor. Eo ꝙ in quo instanti ꝓcepit fuit soluendo id est potēs soluere confessionē. quia potuit confiteri vel dolere ꝙ non fuit confessus. Sz in vltimo instanti iam factus est transgressor. Hoc tamen non intelligat de eo qui ex causa cōfessionē differt. vt. s. habeat confessorem discretiorē. vel alia vtili causa dūmodo diligentiam apponat vt habeat.

De tertia parte penitentie. s. satisfactione.

De satisfactione breuiter dicendū est. Et primo quid sit. Que eius partes. An necesse sit ipam fieri in charitate.

Quid sit satisfactō in speciali.

Diffinit autem sic satisfactio ꝑm Gregoriū a magistro in quarto li. sententiarum. Satisfacere est causas peccatorum excidere. et earū suggestionib⁹ aditum nō indulgere. Et vocat causas peccati occasiones allicientes ad peccandū. Quarum q̄dam ꝓpinque sunt peccato. Et he sunt in nra potestate vt eas possumus amouere vel excidere. Verbi gratia. Cena splendida/ causa ꝓpinqua ē luxurie. vt ꝓiere. vj. Saturaui eos et inebriati sunt. Et hanc causam seu occasionem possumus amouere et excidere. Sūt et alie cause seu occasiōes peccati/ remotiores. que in nostra potestate non sunt. vtputa oblatio talis cene. vel alicuius rei delectabilis oculis cordis nostri. vl suggestio diabolica de tali splendida cena. Nō est enim in nostra potestate arcere diabolum. q̄n talia oculis mentis nostre offerat. Occasiones ergo peccatorū ꝓpinquas debemus excidere. quia in nostra potestate sunt. Sed occasionib⁹ peccatorū remotioribus si veniant a pte diaboli. vel carnis vel mūdi/ non debemus consenti/ endo aditum indulgere. eo ꝙ in nostra potestate sit eas non recipe. Aliter autē diffinitur sic Satisfactio est damni/ vel iniurie illate recōpensatio ꝑm iudiciū et ordinem iuris.

Quot et que sint partes satisfactionis.

Satisfactionis autē ponunt tres partes. s. oratō. elemosyna. ieiuniū. Que generaliora sunt in satisfactōe cuiuslibet. Cum em̄ quis peccat/ delinquit in deum. et contra hoc specialiter satisfacit oratio. Item delinquit in ecclesiā hoc est in proximum et contra hoc specialit satisfacit elemosyna. Itē delinquit in seipm. et contra hoc specialit facit ieiuniū. De quibus illud dicit. Bona est oratō cum ieiunio et elemosyna.

An necesse sit confessionem et satisfactōnem/ fieri in charitate.

Ultimo querit causa breuitatis de cōfessione et satisfactōne simul vtrum necesse sit ꝙ fiat in charitate. Et an qui confitet et satisfacit extra charitatem teneat iterum confiteri. et iterū satisfacere? Et dicunt hic plures ꝙ vtrūq; debet fieri in charitate. Et repeti si fiat extra charitatem. Alij circa vtrūq; distinguūt. Et ꝑmo de confessione dicunt ꝙ oportet ꝙ fiat in charitate. ex quodā tamen cōsequenti. ita ꝙ oportet ꝙ fiat illud quod statutū est ab ecclesia. Et oportet etiam ꝙ dum fit ꝙ charitas habeat. quia semp siue confitea/

mur siue non/nos tenemur habere charitatem Et sic vt tactum est/nos tenemur ex quodã consequenti cõfiteri in charitate. Sed si fiat ex charitatem non oportet (vt dicunt) eam repetere. ꝫ solum satisfacere ⁊ cõfiteri ꝙ confitendo ꝑus facti fuerimus id est extra charitatem. dum tamẽ idem sit ꝑor ⁊ posterior confessor ⁊ memoriã habeat peccatoꝝ confitentis. Alioqn oporteret repetere. quia integra debet esse confessio. Et isti dicti sui ponunt ratõz ꝙ. s. ad hec duo. s. confiteri ⁊ charitatem habere/tenemur diuisim. Naz ꝓpter statutum eccl'e tenemur confiteri siue habeamus charitatem siue non. Et similiter tenemur habere charitatem siue cõfiteamur siue nõ Et ideo potest vnum solui sine alio. Vt gratia exempli. Si teneor ire ad eccl'am. ⁊ cum hoc teneor tota die esse capatus in eccl'a. Si vado ad eccl'az sine capa non oportet me iterato ire ad ecclesiam. sed solum satisfacere de eo ꝙ non fui tota die in eccl'a capatus. Consimiliꝫ in ꝓposito De satisfactione autem dicunt ꝙ in satisfactione duo sunt cõsideranda. s. ipa solutio debiti. ⁊ ipe modus soluendi. ita vt ꝑ datum siue factũ fiat solutio debiti. ⁊ ꝑ modum soluendi placeat solutio. Si autem ꝑ aliquem fiat extra charitatem solutio debiti. puta pene taxate a sacerdote. sicut ieiunare ꝑ annum ⁊ huiusmodi. dicit ꝙ de rigore non exigit ꝙ iterato reddat/ cum charitatem ⁊ gratiam adeptus fuerit. Sed soluz ꝙ illud quod defuerit in modo. ipe penitẽdo soluat. Vnde qui tenebat deo iniunctam penitentiam facere quod respicit debitũ ⁊ cum ꝫ in charitate ⁊ bene ordinata volũtate facere. quod respicit modum soluendi. debitũ soluet ꝫ non mõ debito. oportebit talem confiteri ⁊ satisfacere de indebito modo soluendi. Et tunc erit debita satisfactio. Quia. s. eijcit satisfactum prius quãtũ ad debitum. Nunc ꝺo posterius satisfit quãtũ ad debitum modũ. Reliqua plene tractãtur in summa Raymũdi ti. de penitẽtia. ꝓpter qꝺ multa causa breuitatis transeo.

De sacramento extreme vnctiõis ⁊ ptinentibus ad ipm.

Sequit aliqua tangere de sacramẽto vltime vnctionis. Et primo quid sit. De eius institutõne. Quid sit ei⁹ materia. Que forma. Quis debitus minister. Quis eius effectus. Quid hic res. et ꝺ sacramentuz. Quis sit ꝓceptibilis huius sacramenti. Et quo ad morbum. Et quo ad etatem. De loco vnctionis.

Quid sit extrema vnctio.

Diffinit autem sic extrema vnctio a ꝙbusdam. Extrema vnctio est linitio olei sanctificati. facta ad releuatõz vtriusqꝫ infirmitatis. s. mentis ⁊ corpis. Et ponitur vnctio extrema ꝓ nomine vnico diffiniti. quod quia nõ habemus: circũloquimur ꝑ duo Iste ꝺo terminus linitio qui ponit in diffinitõe sonat in actum vel in passionem que est in suscipiente ipm sacramentũ. sicut cũ dicit. baptism⁹ est tinctio ⁊c. Designat tinctio passiua. quia intingit baptisatus. Verũtamẽ si ꝙs totũ esse extreme vnctionis vellet diffinire. posset ita notificare. Extrema vnctio est sacramentũ ex vnctõe infirmis ꝑ oleum sanctificatum facta conferens infirmis remediũ contra peccati reliquias. et si expedit alleuiatiõem ferens corpis infirmitati.

De eius institutõe

Quando autẽ ⁊ vbi sit hoc sacramentum institutũ est duplex opinio Una dicit ab apostol' hoc sacramentũ esse institutũ/que videt confirmari ꝑ glosam sup illud Marci. vj. Ungebãt oleo mltos egrotos ⁊ sanabantur. Que glosa sic dicit. Ab apostolis patet hunc morẽ esse traditaz vt ener gumini ⁊ alij egroti/ certo loco vngãt oleo a põtifice cõsecrato Scõm hoc ergo dicendus est ꝙ apostoli a deo inspirati. diuina autoritate ⁊ voluntate instituere potuerũt istud sacramentum. imo ipe deus in ipis. licet forsan tunc non vngerent modo ⁊ forma qua nunc ꝫm ordinationem eccl'e fit vnctio. Sed forsan ad tempus ista formam ex causa non Fuauerũt. sicut ipi (vt supra tactum est) ad tempus ex causa ratõabili formã baptismi mutauerũt. vt. s. baptisarẽt in nomine christi. Alij volunt ꝙ istud sacramentũ christ⁹ ꝑ se instituerit quoniã iuxta ꝓallegatum capm vj. ꝑ Marci. Narrato quomõ xps suos misit discipulos ad ꝓdicandum statim sequit. Et exeũtes ꝓdicabãt vt penitentiam agerẽt ⁊ demonia multa eijciebãt ⁊ vngebant oleo multos egros. ⁊ sanabant. quod non credit sine institutõe domini fuisse. Nec simile est de immutatõe baptismi. qz aliud est mutare formã sacramenti. ⁊ aliꝺ instituere totũ sacramentũ de nouo celebrandũ Nam ⁊ forte nunc ꝑ ecclesie autoritatem aut aliquam sibi datam inspiratõnez sicut apostoli habuerunt/possent aliqua ad tempus iusta de causa circa formam alicuius sacramẽti. immutari. sed totũ sacramentũ instituere/ nullus posset vt credit. nisi solus deus.

Que sit materia sacramenti extreme vnctionis.

Materia huius sacramenti est oleũ simplex ab epõ bñdictum sine aliter⁹ rei admixtiõe. Cũ em oleũ significet nitorem ꝑscie ⁊ balsamũ suauitatẽ fame. ⁊ morituris maxime indiget nitore ꝑscie. ⁊ non multũ suauitate fame/ apparet ꝙ morituri sim/

plici oleo ꝓuenient̃ punguntur. Non crismate qđ compositū est ex balsamo ⁊ oleo. Et qm̃ i exitu ꝓstitutus indiget gr̃a sanante. non tantuz cor sed etiã alia mẽbra q̃bus abusus est/ indiget non tantū vnctõe cordis. ꝑ etiã aliorū membrorum q̃bus maxie peccauit. vt sicut trina mersio in baptismo signat submersionẽ triū peccatorū q̃ in mundo regnant. s. ꝓcupie carnis. concupie oculorū ⁊ supbie vite. Sic hic mltiplex inunctõ signat eliminatõz ex diuina misericordia membrorum singulorū.

Que sit forma huius sacramenti.

Dē forma aūt sciendum est q̃ sic forma aliorū sacramentorū ꝓsistit in ꝟmõe ⁊ ope vt baptismus in ꝟbis ill̃. baptisate ⁊c̃. Et in ope. s. in mersiõe baptisati. ⁊ sic de alijs sacramẽtis. Sic huius sacm̃en ti forma consistit in ope ⁊ ꝟmone. In ope q̃dez in illa. s. signatõe membrorū in forma crucis. In ꝟmone ꝟo in ꝓlatõe horū ꝟborum. ꝓper istam suauissimã vnctõz/ ⁊ suam pijssimam miscordiam dimittat tibi deus quicq̃d p visum peccasti. Et sic de ceteris membris. Nec iterat̃ ista forma super eandẽ materiã p replicatõz ꝟborū. quia nõ oino sunt eadem ꝟba. vt ptz licet in pte eadem esse videant̃. Sed cū multiplex sit vnctio et multiplex ꝟborū ꝓlatio q̃ ad singula membra singule fiunt vnctões. ⁊ ꝓpria ꝟba dicunt̃. Nũ quid ad inunctõnem oculorū dimittunt̃ eorum peccata. Et sit̃ ad alias inunctões aliorū membrorū/ alia eorū peccata. vel an oia peccata simul̃ dimittant̃. Dicit̃ q̃ omnes alie ille inunctões licet fiant diuersis tẽpibus/ tñ ꝑ eodem tẽpore ꝓ vltimo instanti ꝓlatõis ⁊ cõplete inunctionis facte censent̃: sicut in simili dictū est supra i ꝓsecratione eucharistie. Nam sic ꝟ est tunc em̃ oia peccata sit̃ dimittunt̃. s. in vltimo instanti totius inunctõnis ⁊ ꝓlatõis ꝟborū ꝓ q̃ fiunt omnes inunctiones.

Quis sit debitus minister in sacramento extreme vnctõis.

Dē ministro aūt ꝟ est tenenduz/ q̃ solus sacerdos põt hoc sacm̃ conferre. et solus eps ꝟ oleum cõsecrare. Nõ ptz tum ex autoritate beati Jacobi q̃ in sua canonica capitulo vlti. dicit. Infirmat̃ aliq̃s in vob̃ indu/ cat ꝓsbyteros eccl̃e. ⁊ orent sup eum. vngentes eum oleo in nomine domi ⁊c̃. Tum q̃ istud sacmentum consummatiuū est pnie. Et ideo pertinet ad claues que sol̃ sacerdotibus ꝓferuntur.

Quis sit effectus isti? sacramenti.

Effectus autem huius sacrām̃ti ꝟm mgr̃m in li. sen. ponit̃ duplex. s. sanatio corꝑis ⁊ spũs. vt sicut hõ ex duobus cõstat. s. ex corꝑe ⁊ aīma. Ita sit effectus huius sacrām̃ti sanatio vtriusq̃. ꝑ ꝑncipalius mentis. q̃ iste effectus sp sequit̃ in vere pẽitẽte. Et ista sanitas mẽtis/ in duob̃ ꝓsistit scz in peccatorū remissione. ⁊ in ꝟtutuz amplia tione. (sacramentū sit.

Quid hic res ⁊ quid

Deniq̃ vt sciatis q̃d sit hic res ⁊ q̃d sacramentū. Notandū q̃ ꝟm quosdaz sacramentū hic est ipe vsus olei. siue consignatio cū oleo. Res aūt/ est ipa gratia spũssancti. que dicto mõ efficit sanatiõez mentis. ⁊ etiam/ q̃nq̃ corꝑis. q̃n. s. expediẽs fuerit. Secõm alios aūt/ sacramentū est ipm oleū Res aūt/ gratia spũssancti ⁊c̃. Est aūt inuenire inter illa plurimã similitudinẽ. q̃ gr̃a spũssãcti ad modum olei lenitiua est morbi spũalis. letificat etiã ⁊ consolat̃ ab hac vita exeuntẽ. Unõ in psal̃. Ut exhilaret faciem in oleo. i. mentez que facies interior est in oleo extreme vnctõnis. Et panis. i. eucharistia q̃ inunctis exhibet̃ corꝺ/ minis confirmet.

Quis sit perceptibil huius sacramenti.

Quis autem ꝓceptibilis sit huius sacmenti. Dicit̃ q̃ nõ omi morbo vexatus sed solũ morbo grauiori in quo timet̃ piculum mortis. Tñ q̃ ois egritudo corꝑis crescendo põt reducere homiez ad obitũ/ in omni morbo cũ ceperit iminere piculũ mortis/ poterit istud sacr̃m dari. Sed nũq̃d paruuli ⁊ ignorantes ⁊ amẽtes pñt inungi? Dicitur q̃ non. Cum em̃ ꝟ sacramentū non debeat dari non recognoscentibus. ⁊ nõ postulãtibus ipm. Tales aūt sunt puuli ⁊ ignorãtes. q̃ omino vsum rõis amiserũt. Et furiosi nisi habuerit dilucida interualla. Dicit̃ q̃ hmõi inungẽdi nõ sunt. ꝓposset em̃ esse piculũ tam in irreuerentia q̃ etiã in immũdicijs q̃ hmõi boies cõcomitãt̃. Si tñ furiosi habuerit lucida int̃ualla possent i ill̃ interuall̃ inungi si imminueret piculũ mortis.

De loco vnctiõis

Dē locis aūt vnctõis est variatio apũd diuersas eccl̃as. Hoc tñ sp tenendum est q̃ loca q̃nq̃ sensuũ ꝓncipal̃r inungẽda sunt sicut oculi. aures. nares. pedes ⁊ manus. Quidã aūt addũt pect⁹ ⁊ renes. ⁊ vmbilicuz in q̃bus delectatio est venerea licet non oporteat. Sz vbi inungẽdi sunt mutilati? Dicit̃ q̃ in loco mutilatõis. q̃ licz mẽbro careãt. nõ tñ carent potẽtia, q̃ complet̃ actus pcti ab intra. licz nõ ab

extra. Et ideo vt expiet peccatū cū membrūnō supsit. in loco incisionis uel in loco illi membro maxime vicino/inungendus est.

De sacramento ordinis et ptinentibus ad ipm in generali.

In sacro ordinis pmo occurrit dicendum Quid sit ordo Quid ibi p materia et qd p forma. Quot sunt gdus et sufficientia eorū. Quot sunt de necessitate huius sacramenti. Qui ordines sacri. et q re sic dicāt?

Quid sit ordo et quo modo diffinit.

Diffinit aūt sic a mgro in li. sen. Ordo est signaculū quoddā sacrū. q spūal' potestas tradit ordinato et officium. Item qdam antiquorū mgrorz ita diffiniūt Ordo est sacramentū spūalis ptātis ad aliquod officium in ecclesia ordinatum.

Quid in sacramento ordinis sit materia. Et qd res sacramenti.

Quid autē sit hic p materia et qd p re sacramenti? a qbusdaz dr q sicut i baptismo/tria sunt. Unū. s. qd tm̄ est sacramentū. s. aqua vel tinctio cū ꝟbo. Et aliud qd est res tantū. s. remissio peccati. vl' collatio grē. Et tertiū qd est res et sacrm̄. s. caracter baptismal'. Sic h̄ est aliqd qd est sacramentum tm̄. s. illa signa visibilia cū ꝟbis. qb⁹ spūal' potestas tradi ostendit. Ut in hostiarijs traditio clauiū cum ꝟbis ad h̄ ptinentib⁹. In lectorib⁹ traditio libri pphetarū cum ꝟbis ad h̄ istitutis. et sic de alijs. Et aliqd qd est res tm̄. s. gra spūssancti infusa. vel ptās spūalis. Est et aliqd qd est sacrm̄ et res. s. caracter qui imꝫmitur. Alij ponunt duo ꝓza p sacro et re Sed tūc circa hoc orit dubium cū dicat q h̄ sacrm̄ sit aliqd qd sacratū signum exterius cum ꝟbis ad h̄ ordinatis. Et in qbusdam ordinib⁹ sicut in sacerdotio sit p sacro impositio manuū cū forma ꝟborum. An si ab vno ꝟba pferant et ab alio man⁹ imponat ordo conferat. Et ptz q nō. Ut in decreto di. xxiij. c. quozūdā clericozū et ex textu et ex glosa.

Quot sunt ordinum gradus et vnde eorū numerus et sufficientia.

Quot aūt sunt ordinū gradus dic̄ magister in. iiij. sen. q sunt septē. s. hostiariat⁹. lectoris exorciste. acoliti. subdiaconi diaconi et ꝓsbyteri. Quoruz est cōficere corpus xpi quod est excellentissimū officiozū humanozū. Et ideo supza sacerdotiuz non est ordo supior. imo nec epatus nec archiepiscopatus. Quozū numerū et sufficientiā sic poteris accipe. Ordinū vnus est supmus et pncipalis. s. sacerdotiū. Alij secūdarij et huic deseruientes. Supmus ordo duos hz actus. s. pncipalem q est cōficere corpus xpi. Et secundarius q est ꝑm̄ pparare vt idonee cōficat. Secūdarij aūt ordines et huic supmo ordini deseruientes. Aut deseruiūt ei quo ad actū suū pncipalem aut quo ad actū suū secundariū. Si q ad actū suū pncipalē q est ꝛficere corp⁹ xpi tunc est ptās super hostias ex qbus ꝛficit corpus xpi. Et h̄ po test esse dupl'r. Quia aut i cōpatiōe q ad ꝑm̄ q eas offerunt tēplo. Et sic est ordo subdiaconat⁹ Subdiaconi em̄ interest accipe hostias a pl'o et reponere in p̄sbyterio. vt ipas ministrari possit diacono. vt dicit Isid̄. Aut est ptās sup hostias i compatōe quo ad sacerdotē. et sic est ordo diaconatus cui⁹ est hostias oblatas ponere sup altare et ordinare vt eas ibi ꝛsecret sacerdos. Si autē est ordo deseruiens sacerdotio quo ad actū suū secundariū. s. ad pparandū ꝑm̄ tunc aut deest ei in amouendo malū. aut in ordie ad bonum. Si pmo mō: tunc iterū ꝛtingit h̄ dupliciter aut amouendo malū qd est ab extra. et sic est ordo hostiariozū quozū officiū est indignos et viles excludere. ne violent locū cōionis fidelium. aut amouēdo malū qd est ab intra. et tunc est ordo exorcistarū quoz est arcere vim demonis et adiuratōes ne impediat pceptoz sacramētozū. Si aūt ordo deest sacerdotio in ordine ad bonum. tunc pōt esse dupl'r. Aut ex pte intellectus et tunc est ordo lectozū quoz officiū est legē apte et distincte ad illuminatōz intellectus. Aut ex pte affectus. et tunc est ordo ceroferariozū qui i signum ignis spūal' accendendi in cozdib⁹ nr̄is cereos flammiferos deferūt. Et hi sunt acoliti. Acolitus em̄ grece ceroferarius dr latine Alij volunt q nouem sunt ordines in eccl'a militante sicut sunt nouē ordines angelozū in eccl'a triumphante. Et ꝑm̄ q̄sdam illozū/epatus et archiepiscopatus ꝛstituunt duos gdus. q additi septez pcedentib⁹ faciūt nouē. Scōm alios cozona est septē pnominatis. Sed ꝓz sententia potior est in ꝛspectu modernozū.

Quot et que sunt de necessitate huius sacrāmēti.

Sequit dicere quot et q sunt de necessitate huius sacri. Et dr q sex pcipue. s. sexe viril'. Unde mier nō est susceptibil' ordis. Item pcedens baptismus q etiā est fundamentū ceterozū sacramentozū excepto ꝛiugio. Uñ si aliqs nō baptisatus ordinaret/nihil reciperet. vñ oporteret post baptismū si vellet aliquē ordinē erecē/ q iterū ordinaret Item ptās ordinant. q q nō est eps ordines ꝛferre non pōt. Item intentio

recta. vt. ſ. ordinās intendat facere qđ fac̄ eccl'a
7 ſil'r ordinandus ſm q̄ſdam. Itez materia ſeu
ſacr̄m vt traditio libri 7 ſimliū cū forma ✠boꝝ
Itē tps ſeu etas ſm alios qm̄ ſi puulus ordine
tur etiā p̄cedentib⁹ alijs gradib⁹ nihil reciperet
cum ſm eos in b̄ ſacr̄o exigat tam intentio reci/
pientis ordinez q̄ ꝓferentis Paruulus autē qz
non hz vſum liberi arbitrij nō hz intentōz. Alij
volunt qꝫ etas ſit de ꝓgruitate 7 nō de neceſſita
te huius ſacr̄i. Et iō in p̄dicto caſu puulus ſm
eos recipit caracterem nec ſm eos eſt reordinā=
duſ. Frater albtus vult qꝫ in alijs ordinib⁹/etaſ
ſit de ꝓgruitate. ſ qꝫ in vltimo ordine q̄ eſt ſacer
dotiū eſt de neceſſitate. Un̄ plane vult qꝫ ordo
ſacerdotij nō poſſit puulo ꝓferri. Itē ieiunium
ſm alios. eo qꝫ ſm eos p̄anſus nō ꝓferret ordi=
nem nec ſuſcipet. Alij fere omnes volunt ꝑiuz
Dicta p̄terea ſunt de honeſtate 7 ꝓgruitate
tam ex pte conferētium ordines q̄ ex pte tpis.
q̄ reperies exp̄ſſe in ſumma Ray. li. iij. in p̄nci. 7
conſequent̄.

Qui ordines ſunt ſa=
cri 7 ꝑre ſacri dicunt.

Poſtremo notandū qꝫ licet oēs p̄dicti ſe
ptem gradus ſacri ſint. q̄tuoꝝ tm̄ p̄mi mi
nores ordines/non dicunt ſacri. ſ ſoluz
tres maiores. ſ. ordo ſubdiaconat⁹. ordo diaco/
natus. 7 ordo p̄ſbyterat⁹. Et b̄ ꝓpter dignitatē
q̄ inducit miſtrantib⁹ in trib⁹ maioꝝib⁹ ordinib⁹
oportet em̄ eos vouere ꝓtinentiā vel ſimpl'r vel
ſm tps. Simpl'r in tota eccl'a occidētali. vbi nō
ꝓpetuā caſtitatē. Secundū tps. vt in orientali
eccl'a. vbi q̄ in mr̄imonio ordinē recipiūt/in ma
trimonio p̄manēt. Hz tm̄/dū miſtrant/ abſtinēt
ab vxoꝝib⁹. Inſup ill' mortuis/ alias ducere nō
poſſunt.

De ſacramento cōiu
gij 7 ptinentibus ad ip̄m.

De ſacro ꝓiugij nō multa neceſſe eſt b̄ di
cere eo qꝫ in ſumma Ray. li. iiij. de b̄ ſa=
cramēto ſufficient̄ tract̄. Sūt q̄dā tm̄
q̄ ibidem nō tanguntur de q̄bus hic aliq̄ breuiter
memoranda ſunt vicz. An iſtud ſacr̄m ſicut alia
ſacra ꝓferat gratiam 7 efficiat qđ figurat. Quis
ſit eius effect⁹. An op⁹ coniugale poſſit fieri ſine
peccato. An debeat reddi debitū coniugale tpe
impḡnatōis. Itē an debeat reddi tpe 7 loco ſa=
cro. Itē an ſp debeat reddi cū petit̄. Quid b̄ ſit
materia 7 forma. 7 q̄d res 7 ſacramentū.

An ſacramētum con
iugij ꝓferat gr̄am 7 efficiat qđ figurat.

Reſuppoſito qꝫ mr̄imonij eſt viri 7 mu
lieris ꝓiunctio legitia/indiuiduam vite
ꝓſuetudinē retinens. q̄ diffinitio dat̄ ſm naturā
optime inſtitutā. qz tunc vna 7 pura fuit. Dzeł
miſſo etiā tractatu de cā inſtitutōis hui⁹ ſacr̄i. 7
vbi inſtitutū fuit. 7 q̄ p̄nt ꝓtrahere 7 q̄ nō cū ali
q̄bus alijs circa b̄ ſacr̄m neceſſarijs. q̄ exp̄ſſe li.
iiij. ſumme Ray. inueniesnūc q̄rendū venit an
b̄ ſacr̄m ſicut alia ꝓfert gr̄az 7 efficiat quod figu
rat. Ubi triplex cadit opinio. Dzia dic̄ qꝫ nō
ꝓfert aliquā gr̄am ſ cum alia ſacra ſignificet q̄=
tiam 7 ꝓferant. iſtud tantū ſignat gr̄am ſed non
confert. Hec eſt opinio mgr̄i in li. ſen. 7 p̄poſiti
antiſyodorē Scda opinio dicit qꝫ ꝓfert gr̄az
ſcz receſſum a pct̄o. nō tm̄ in ordie ad bonuz. Et
dicunt qꝫ gr̄a illa eſt/ qꝫ vtute hui⁹ ſacr̄i mitiga=
tur ꝓcupia. ne ferueat vltra nuptiarū honeſta=
tem. Et b̄ opinio ꝓbabilioꝝ viꝝ. Tertia 7 ſa
tis pitoꝝ opinio eſt qꝫ ꝓfert gr̄am etiā in ordie
ad bonū. Non q̄dē general'r ſe ad bonū hoc tm̄.
qđ hz facere ꝓiugatus. Et iſtō bonū eſt vt fide=
liter ꝓiugi aſſiſtat. opa ſua illi cōicet. plem ſuſce
ptam religioſe nutriat 7 hmōi. Et ſm b̄ patz qꝫ
efficit gr̄am quā figurat. ſ non oēm quā figurat
ſicut nec oportet. Figurat q̄ppe ꝓiunctōz fidelis
aie cum x̄po. q̄ q̄dem eſt effectus ei⁹ non ꝓtētus
ꝺdem ſed ſignificatus.

Quid ſit eius effect⁹

Ex p̄miſſis igit̄ habes qꝫ duplex eſt effe=
ctus mr̄imonij. Unus. ſ. nō ꝓtent⁹ ſ tan
tum ſignificat⁹. ſ. ꝓiunctio fidel' aie cum
x̄po. Alius ꝓtent⁹ 7 ſignificat⁹. gr̄a. ſ. q̄ mitigat
fomes 7 q̄ fideliter coniugi aſſiſtit̄.

An amplexus matri
monialis poſſit fieri ſine peccato.

Utrum autē fieri poſſit amplexus matri
monialis ſine peccato vel meritorie/ p⁹
hec venit dicendum. Et dicit̄ qꝫ cauſe quatuoꝝ
p̄cipue ſunt ꝓpter quas fit commixtio coniuga
lis. Aut em̄ fit cauſa ſuſcipiende ꝓlis. et hoc du
pliciter. Aut. ſ. ad cultum diuinū ampliandum
et hec cauſa ſic cognoſcendi vxorē/ ab omi pec=
cato excuſat 7 reddit opus meritoriū. dummo/
do iſta intentio ante finem opis p delectationez
non corrumpat̄. Uel fit cauſa ꝓlis vt. ſ. habeat̄
ſucceſſor hereditar'. 7 hec cauſa nō excuſat a ve
niali ſed a mortali. Aut fit cauſa reddēdi debitū
7 hec cauſa excuſat a culpa. 7 ſm alios merek̄ ſic
faciens. dum tm̄ iſta intentio/ p inordinatam vo
luptatē añ finem opis non ſupplantet̄ Aut fit cā
fornicatōnis vitande 7 hec cā excuſat a mortali
Aut fit cauſa exaturande libidinis. 7 hec cauſa
non excuſat a mortali. Uel ſm alios in hoc vlti=
mo caſu diſtingue. qz aut illa libido cauſa cuiuſ
exaturande fit commixtio coniugalis/ tantū re=
preſſa erat/ qꝫ eā nollet alter coniugū cū alio vel
alia explere. 7 tunc dicunt qꝫ adhuc eſt peccatū

veniale. Aut intantū creuerat illa libido vt idifferenter vellet q̄s eaz siue cū sua siue cū nō sua explere. Et tunc dicūt esse mortale peccatū.

An tempe impregnationis debeat reddi debitum ꝯiugale.

Ad Dicendū tempe impregnatōis ꝺr q̄ ppter piculū non ꝺz in tpe impḡnatōis vxor cognosci. Unde si vir eo tpe moueatur ad coitū. debet rōe/ talem motū ppter timorez p̄dicti piculi/refrenare. maxime q̄tuor p̄mis mensibus. Si tñ vir vxorē dicto tē pore cognouerit/non ppter h̄ peccat mortaliter Uerū etiam q̄ mr̄er illo tpe maxime coitum vt frequent̄ appetit. si ipa petat ⁊ ipe vir exactus reddat sic reddens leuius peccat. exigēs vo grauius. vterq; tñ venialit̄ tantū.

An tempore ⁊ loco sacris/debeat reddi debitū.

Ad Dicendū tpe sacro silr ꝺr/ q̄ tempe q̄dragesime ⁊ q̄tuor temporū ⁊ rogationum ⁊ p̄cipuarū solennitatū/non ꝺz alter coniugū debitū petere. Si tñ petierit cum pigētia tamē animi q̄ sine ꝯiugij vsu esse non possit/ venialiter peccat. Si aūt alter petierit/reddat. ex actu tñ iusticie ⁊ fide thoꝛi excusaī a peccato nisi in his casibus p̄ter temporū hmōi solēnitatem aliq̄d iuxta distinctōes supꝛapositas ḡuius incideret qō peccatum aggrauaret. Ꝺz secus est de loco vt volunt aliq̄ q. ſ. nō tenent̄ in loco sacro reddere debitū si aliq̄s alius locus haberi possit. Si aūt alius locus non possit haberi/ vt contingit in tempe guerre/ vbi multis noctibus in locis sacris iacent viri cū vxoꝛibus suis. tūc si alter coniugū soluat exactus. habens de h̄ dolorem coꝛdis: peccat tantum venialit̄: imo si exigat cum planctu ⁊ pigentia qō sine vsu cōiugij esse non p̄ōt. non credūt multi q̄ peccat mortaliter. Nec credas q̄ tunc contaminet̄ locꝰ/ita q̄ reconciliatōe indigeat. q̄ contaminatio sacri loci distinguit̄ duplicit̄. Una q̄ ꝓcedit ex incongruitate opis. qō fit in ipo respectu dicti operis in se. Et alia que ꝓcedit ex incongruitate operi non quo ad se. sed quo ad ꝯsecratōez seu actum ipius loci in quo fit. Nam illa q̄ ꝓcedit ex incongruitate respectu loci tantū ⁊ non opis in se/ nō ꝯtaminat iocū intantū q̄ indigeat recōciliatōe. Sed illa vo q̄ ꝓcedit ex incongruitate ad sanctificatōz loci/respectu operis in se vt est i magnis facinoꝛibꝰ. sicut in stupꝛo adulterio homicidio ⁊ hmōi. ⁊ hec locū contaminat intantū q̄ reconciliatione indiget maxime respectu aliquoꝛū facinoꝛum vbi sunt manifesta.

An semp debeat reddi debitum ꝯiugale cum petit̄.

Ad Dicendū solutōe aūt debiti coniugal̄ hoc tenent alīq̄ q̄ omni tpe petenti debitū est reddendū sm̄ oportunitatem loci Nō ideo ꝺr q̄ ille actus/ verecundia quandā hz sibi annexā. Uñ non oportet q̄ soluatur in publico. ſ in omni hoza omiſſo negocio. si scit alterum esse in piculosa ꝯcupiscētia. tenet̄ captare secretū cubile ⁊ debitū reddē Alij distinguunt q̄ sicut in p̄ceptis affirmatiuis sp ad ea tenent̄ sed non ꝓ sp. vt verbi gratia Semp teneoꝛ honoꝛare parentes meos /sed nō ꝓ semp sed solum ꝓ loco ⁊ tempe. Ita hic vt dicunt quis ad semp tenet̄ reddere debitū. sed nō tenet̄ ꝓ semp. sed solū cum oportunitas loci ⁊ tēpoꝛis hoc exegerit. Et nota duos vsus q̄ determinant q̄nq; casus. in q̄bus quis potest reddere debitū sine peccato sed nō petere. Festa sacerq; locus ieiunia menstrua partus. Si petis his peccas reddis q̄nq; licenter.

Quid sit materia et quid forma in sacramento coniugij.

Quid aūt sit materia ⁊ q̄d forma. dicitur q̄ materia sunt/legitime persone/ in potentia cōmixtionis sexuū existētes. Circa quod multi difficiles existunt. Diuersi casus occurrunt h̄/sacrm matrimonij impedientes qui sufficienter in summa Raymūdi determinantur. quare hic causa breuitatis non exprimunt̄. sed solum ꝓ quadam compendiosa annotatōne. ponunt̄ sex versus sequentes. Ecclesie vetitum necnō tempus feriatum. Impediunt fieri. ꝓmittunt facta teneri. Error. conditio. votum. cognatio. crimē. Cultus disparitas vis. oꝛdo. ligamē. honestas. Si sis affinis si forte coire nequibis. Hec socianda verant connubia iuncta retractāt. Forma aūt est cōsensus ꝓ verba expꝛessus. vt accipio te in meam ⁊c. vt p verba expꝛessus. vt accipio te in meam ⁊c. vt hmōi. Scōm alios consensus animoꝝ est materia in coniugio. forma autez est debita verboꝝ platoꝝ forma. ſ. Accipio te in meā ⁊c. Sed nunq̄d et iste cōsensus debeat ferri ⁊ esse ad carnalem copulam. Et dicit magister in li. iiꝛo sententiarū q̄ non in carnalem copulaz nec in cohabitatōnem coꝛpoꝛalem sed in societatem coniugalem. quod sic exponit̄ hoc est in carnale debitum. non in carnalez actū. Nec obstat illud de matrimonio beate vginis que sm̄ beatū Augustinū ita matrimonio ꝯsensit/ q̄ nisi aliter deus iuberet. debitum coniugale non redderet. Fit enim sic. Committens autem virginitatem suam diuine dispensationi/ consensit in carnalem copulam non illam appetendo sed diuine inspirationi in vtroq; scilicet ⁊ virginitate et cōmixtione obediendo. Sed virginitatem quam nondum vouerat/ in desiderio habuit et cum firmo ꝓposito. cōmixtionem vo illam nisi deus

aliē disponeret in sufficientia. ¶ Ex his satis ptz quid hic sit sacramentū ⁊ q̄d res. Nam sacramē tum est consensus animorū ⁊ coniunctio corpo= rum. Res aūt duplex est. s. vnio xp̄i ⁊ ecclesie. Item vnio duarū naturarū in xp̄o. Nā sicut in matrimonio ꝓiunctio est animorum vnius cum vna. ita vnit̄ xp̄s cum eccl'a que vna est vt dici= tur Cañ. vj. vna est columba mea ⁊c. De q̄ etiā vnione dicit̄ j. ad Thor. vj. Qui adheret deo vnus spūs est cū eo. Item sicut in matrimonio est cōmixtio diuersorū sexuū. ita in xp̄o est vnio duarū diuersarū naturarū. s. diuine ⁊ humane. ¶ Explicit tractatus tertius de expositōne se ptem sacramentorū.

¶ Incipit tractatus eiusdem quartus de septem virtutibus ⁊ earum declaratione.

¶ Vncaliqua tan genda sunt de virtutibus. Et p̄mo quid sit virtus in genere. Quot sunt in numero. ⁊ de earū sufficien tia. Deinde de singulis in speciali erit aliq̄d di= cendum.

Quid sit virtus in ge nerali.

Est aūt virtus ſm Aug'. bōa qualitas mentis qua recte viuit̄ ⁊ qua nullus male vtit̄. quam solus deus in homi ne opat̄. Notanter dicit̄ bona q̄litas. ad d̄ram malarū q̄litatū cuiusmodi sunt p̄diga litas auaricia. Addit mentis. ad d̄ram corpora lium q̄litatum. q̄les sunt albedo. nigredo. Et sb iungit. q̄. s. virtute. recte viuit̄. ad d̄ram scientie ea recte viuit̄ sed potius ea recte intelligit̄. Et addit̄. qua nullus male vtit̄ ad d̄ram potentia= rum naturaliū q̄bus contingit ⁊ bñ vti et male vti. cuiusmodi sunt rōnabilitas ⁊ ꝓcupiscibili= tas. ⁊ irascibilitas. que ꝓp̄rie potēcie dicuntur. Dicit̄ etiam quā solus deus opat̄ in homīe. qō ponit̄ ad d̄ram virtutum politicarū. que (vt vult p̄bus in ethicis) generant̄ ex frequēti bñ agere cum virtutes theologice a deo infundant̄. Ex q̄ apparet q̄ p̄cedens diffinitio est p̄p̄rie virtutis theologice. ¶ Gz aūt virtus comp̄hendit tam q̄ tuor virtutes cardinales q̄z tres theologicas sic pōt diffiniri. Virtus est amor habendi se ad om nia vt debet̄. Vñ Aug'. iu li. de moribus eccl'e. singulas diffiniens virtutes. in omnibus diffini= tionibus ponit amorem tanq̄ genus. ⁊ adiun= git diuersos actus q̄si diuersas differentias.

Quot sunt virtutes ⁊ de earū sufficientia.

Ex dicta aūt diffinitōne/ extrahi pōt numerus septē virtutum. s. q̄tuor car/ dinaliū ⁊ triū theologicarū. Cuz em̄ virtus sit amor habendi se ad omia vt debet̄. aut erit amor hñdi se vt debet̄ ad creato= rem. aut ad creaturā. ¶ Si p̄mo mō tūc vl' erit amor ad creatorē vt recognoscat̄ ⁊ sic erit fides q̄ est illuminatio mentis ad cognoscendū deum. Aut erit amor ad creatorē vt possideat̄. ⁊ b̄ du plicit̄. s. Vel vt habendus in futuro. ⁊ sic ē spes Vel vt quō hic iam habit⁹ ⁊ tentus. ⁊ sic ē cari tas q̄ q̄s licet ꝑ quendā modū impfectū habz b̄ deū. Quia q̄ manet in charitate in deo manet ⁊ de⁹ in eo. j. Joh. iiij. Si aūt sit amor hñdi se vt de bet̄ ad creaturā. tūc vel ad creaturā q̄ sub nob ē vt caro. ⁊ tal' amor sic hñdi se ad eā vt debet̄: est tpantia. Aut ad creaturā q̄ iuxta nos est: sicut est p̄xim⁹. ⁊ tal' amor sic se recte habendi ad eū/ est iusticia. Aut ad creaturā q̄ ꝫ nos est. ⁊ tunc aut illa creatura est nob insidiās. ⁊ tal' amor sic se habendi ad eā vt debet̄/ est p̄udentia. Aut il la creatura est nos molestās. ⁊ tal' amor sic se ha bendi ad eam vt debet̄/ est fortitudo.

De tribus virtutib⁹ theologicis. Et p̄mo de fide.

In speciali tangendū de virtutib⁹ theo logicis. Et p̄mo de fide. De q̄ p̄imo dicendū q̄d sit. Quot modis dicatur Que sit fides informis ⁊ q̄ formata. Et vtrum vna sit alia. Et an demones habeāt fidē. Vtrū puuli baptisati habeant fidē. Vtrū in aliq̄ casu sufficiat vuare fidem corde ⁊ diffiteri ore. Vtrū fidei possit subesse falsum. An oēs teneant̄ ad fi dem explicitā. (modo diffinit̄.

Quid sit fides et quo

Secundū aūt ap'm ad Heb. Fides est rerū sperandarū sba. argumētū non ap parentiū. Et diffinit̄ b̄ fides put est fun damentū in edificio spūali. Substistit em̄ oibus alijs virtutib⁹ ⁊ eas collocat in nob. i. facit eas in nob collocari. Et hāc sic intellige diffinitiōz. Fi des est sperandarū rez sba. i. fides facit mō res speratas subsistere in nob spe. q̄ tandē subsistēt re. Fides dr argumentū. i. ostēsio vl' p̄monstra= tio/ nō aparentiū rerū. ¶ Gz nōne ap'li crediderunt xp̄m passum: vtiq̄. qz in eorū symbolo b̄ p articulo ponit̄. ⁊ tñ aparuit eis passio sua. Gz dic q̄ aliud viderūt ⁊ aliō crediderūt qz hoiem passum viderūt ⁊ deū passum crediderūt. Deū aūt passum esse/ est articulus fidei ſm aug'. Nō hoiem illū passum esse. Quia b̄ crediderūt iudi q̄ fidē ñ hñt catholicā. ¶ Scōm aūt aug'. Fides est illuminatio mentis ad videndū deū. (cat.

Quot modis fides di

Dicit autem fides multipliciter. Alii/ quã ei accipit p habitu fidei informis Unde Jaco.ij. Fides sine opibus ↄc Aliquãdo accipit p habitu fidei formate. Unde ad Heb.xj. Sancti p fidez vicerũt regna. Aliqñ p actu fidei formate ꝑm q dic augusti. Fides est credere quod nõ vides. Aliqñ p facilitate credendi. Uñ Bat.viij. Nõ inueni tantam fidem in isrl. Aliqñ p̃o obiecto fidei. scz p eo quod credit. cuiusmodi sunt articuli fidei. Uñ in symbolo athanasij dr. Hec ẽ fides catholica. qđ intelligit de articul ibi positis.

Quid sit formata et

đd informis. ↄ vtrũ vna possit fieri sine alia.

Fides aũt formata est fides que opatur p dilectõem que. s. informat gratia ↄ caritate. Fides aũt informis est huic contraria vtraq formabilitate puata qualem habent existentes in pctõ mortali. que nihil aliud est q̃ potentia naturalis assentiendi veritati vtili. Utrum autem fides informis fiat quãdoq formata vel non ↄ an quotiẽs peccat mortaliter/omnino peat fides formata. ↄ cum ad statum gr̃e p penitentiã redit/ vtrum noua fides creat. Multi vident dubitare. Dicunt em aliqui q fides informis eadez est in essentia cum fide formata. sed differũt ꝑm intentionez maiorẽ ↄ minorẽ. vt assensus veritati alicui qua illustratõne gratie irradiatus sit fides informis. assensus aũt vehemens/mlta illustratõe g̃tie illuminatus/sit fides formata. Et volunt isti q fides informis hic finiri possit. formata ꝑo nõ Alij dicũt q non sunt eadem in subã sed euacuata siue recedente fide formata/totum perit. Et relinquit tantũ modica q̃dam lux in aĩma/q̃ non facit hoiem gratũ que dicit fides informis. Alij distinguũt q duplicit dicit fides informis. Uno mõ p puatõz actualem forme debite Et p hunc modũ dicit fides informis esse in peccatoribus. qr non est in eis gratia gratificãs vel charitas. Alio mõ dicit fides informis p priuationem possibilitatis ad formã debitã. ↄ hec fides informis est in demonibus q̃ non hñt possibilitatem ad gr̃am. Et p̃mo mõ dicta fides informis sic differt a formata/q tñ formata fieri possit. s. q illõ qđ fidei informi subiacet/põt formari. Uñ materialit loquendo hec põt fieri illa. sic cecitas in oculo põt fieri visus p miraculũ. Sz secundo modo dicta fides informis oĩno differt a fide formata/sic q nullo modo potest fieri formata. Et illud plus placet aliquibus. Ex his patet an demones habeant fidẽ. hñt em fidem informẽ vt dicunt sancti. Sz vt dixi multo aliter q̃ peccatorez. q̃m fides informis demonũ non est possibil ad formã debitã sicut fides peccatorũ in q̃ est aliq̃ q̃uis modica illustratio gr̃e. In fide ꝑo demonũ nulla sed tantũ credulitas q̃dam ex cogitatõe naturali exorta.

Utrũ paruuli bapti

sati habeant fidem.

ñ nõ ꝛriaꝫ dilectiõi dei ⁊ ꝓximi sic̃ sunt ꝙbũ ociosum rſus supflu⁹. ⁊ alia hmõi. tũc illũ pctm̃ ex suo obiecto seu rõne sui obiecti/nõ hz qđ sit mortale ex genere sed solũ veniale. Et ꝫ ē idē in effectu cũ illo qđ cõiter dr̃/ q pctm̃ mortale ē libido seu voluptas in creatura supra deũ. i. pl⁹ q̃z deo vl̃ eq̃ vt deo. ⁊ veniale ē cõplacētia seu voluptas in creatura infra vel citra deũ. i. q nõ pl⁹ q̃z deo nec eq̃ sic̃ deo. qz. ſ. nõ vellet q̃s illi finaliꝫ adhere re. vel ꝓpt̃ illud deo displicere. aut scienꝫ ꝫ ei⁹ p cepta ⁊ mãdata q̃cq̃z facē. Ad 2do ampliori isup ē qñ vitia capitalia mortalia ⁊ qñ venialia existãt declaratiõe ē sciẽdũ. q qz act⁹ mozales/nõ solum recipiũt rõnem boni ⁊ mali ex obiecto seu rõe obiecti. sed etiã ex aliqua dispositione seu intentiõe agentis: qñq̃z cõtingit q ille act⁹ qui alias ex suo genere ſcz rõne sui obiecti/eẽt pctm̃ veniale ex pte dispositionis ipsi⁹ agentis efficiꝫ mortale. Vel quia ipse agens in illo cõstituit suũ finẽ vltimum Vel quia illud ad aliquid aliud ordinat quod ex suo genere pctm̃ mortale existit. Vtputa gra exẽpli. Si iuxta supra tacta/aliquis de dilectiõe alicui⁹ boni cõmutabilis/quã citra deũ hr̃et/intantum trãsiret. q illi tali bono cõmutabili/tanq̃z ibi suum vltimũ finẽ cõstituẽs adhereret. iã illud q alias ex suo genere nõ esset nisi veniale pctm̃. ex ipsius agẽtis dispositione seu intẽtiõe fieret mortale. Vel in alio exemplo met supius posito. vbi ꝺs ꝙbũ ociosum qđ de suo genere nõ ē nisi veniale. ordinaret ad adulteriũ cõmittendũ. tũc verbum ociosum eẽt pctm̃ mortale. Et fm ꝫ ꝓpe hanc tur effici mortale. supra/ vbi de pctõ mortali actũ ē/specificati. Similiter etiã ex opposito cõtingere põt q ille actus qui alias ex suo genere. ſ. ratiõe sui obiecti esset pctm̃ mortale. ex pte seu dispositione agentis fit veniale. ꝓpter hoc ſcz q actus est impfect⁹. i. nõ pfecte a rõne q̃ ē pmũ actuũ mozalis̃ de subitis seu pmis motibus infidelitat) vel blasphemie ⁊ alijs exẽplificari posset. Vel etiam iuxta in supiozib⁹ tacta de inuidia. q̃ ex suo genere/rõneq̃z sui obiecti ē pctm̃ mortale. cũ sit dolor ⁊ displicẽtia de bono alterius q̃ recte ꝛriaꝫ chari tati. Si tñ in motu impfecto ⁊ nõ plene rõne deliberato cõsistat. manet solũ pctm̃ veniale. Et sic ꝺ pluriꝫ⁹ exemplificari posset de qb⁹ magr̃ in loco iã allegato. vbi qñ vitia capitalia. mortalia vl̃ venialia existãt actũ ē. Qđ aũt tam in supiozib⁹ q̃z in sequẽtib⁹ vbi de pctõ mortali ⁊ de pctõ venia li agiꝫ/addiꝫ ꝺ nomẽ actuale. cũ tñ plura sũt peccata tã mortalia q̃z venialia. q̃ in nõ faciendo seu omittẽdo ꝓsistũt. q̃ cõiter pctã omissiõis appellantur. rõ ꝓncipalis fuit/ad clari⁹ denõndã dr̃az inꝫ pctm̃ originale. ⁊ pctm̃ non originale qđ cõiter p actuale ab originali distinguiꝫ. qz nõ nisi actu ab extra vel ab actu quodã interiori voluntatis cõmittiꝫ. quod nõ sic est in peccato originali. vt satis in supiozibus declaratum est. Circa q̃ peccata omissionis q̃ztũ ad pſentem materiam ſpectat/ ẽ aduertendũ q omissio eozũ. ſ. ad que homo tenetur. quia alias ꝓprie nõ esset omissio. aliqñ ꝛtingere põt/ex sola inaduertẽtia seu obliuiõe. vtputa gra exempli. Cum aliqs hora debita qua tenetur ire ad ecclesiam/obliuiscꝫ ire. ⁊ talis omissio nullum vel modicũ est pctm̃. quia iã extra actum volũtatis est. Adhuc si illa obliuio ex aliqua alia causa vel occasione. siue ꝓpinqua siue remota p cedente. circa quã hõ ꝓuidere poterat ⁊ debebat cõtingeret/esset maⁱ⁹ pctm̃ circa illa/ q̃z circa ipaz omissionem in se. Aliqñ ꝙo cõtingere põt omissio ex aliquib⁹ alijs causis seu occasionibus/q̃ tñ nõ sunt in ptãte hois. vtputa in exemplo iam cepto. Si aliquis ꝓpter grauẽ infirmitatẽ/vl̃ alias cõtra suam voluntatẽ detent⁹ seu impeditus/nõ iret ad ecclesiam hora qua tenẽ. ⁊ tũc ipsa omissio nõ habet rõnẽ pcti. imo nec ꝓprie in isto casu debet dici omissio. Aliqñ aũt cõtingere põt omissio ex causis vel occasionibus. que subiacent voluntati hois. ⁊ tũc omissio habet rõnem peccati. Quia tũc semp oportet q illa causa seu occasio i q̃ztũ ē volũtaria/habeat aliquẽ ad min⁹ interiorem actũ volũtatis. qđ põt ꝛtingere seu ꝛsiderari dupliciter. Uno modo qz ille actus interior voluntatis directe ferꝫ in ipam omissionẽ. vtputa i exẽplo iã tacto. Aliqs hora debita q̃ teneꝫ/omittit ire ad ecclesiã/solũ qz vult nõ ire vitãs laborẽ vel hmõi. ⁊ tunc talis actus voluntatis ꝓprie ⁊ de p se ptinet ad omissionem. Voluntas etenim cuiuslibet peccati ꝓprie ⁊ de p se ad illud peccatum pertinet. eo q voluntariũ ē de ratione pcti. intm̃ vt dicat Aug⁹. pctm̃ adeo voluntarium eẽ q si nõ sit voluntarium/pctm̃ nõ est. Alio mõ cõtingere seu considerari põt qñ ſcz ille actus volũtatis nõ ferꝫ directe in ipsam omissionẽ. sed ferꝫ in aliquod aliud per qđ contingit omissio illi⁹ ad quod quis teneꝫ. Et iste vocaꝫ actus exterior et de per accidens. Quod iterũ dupliciter cõsiderari potest. Quia vel illud in quod sic ferꝫ ipsa voluntas/est ipsi omissioni coniũctũ. vtputa continuando exemplũ iam ceptũ. Aliquis omittit ire ad ecclesiã hora debita qua teneꝫ qz tunc vult ludere vel bibere. ⁊ ludit vel bibit. certuz est q ille act⁹ ludendi vel bibẽdi illa hora. est act⁹ cõiunct⁹ illi omissioni. Vel illud in quod voluntas fertur non est ipsi omissioni coniunctum. sed est pcedẽs ⁊ remotum/ vtputa Aliquis vult diu vigilare ꝺ sero ⁊ vigilat/ex quo cõtingit q omittit ire ad ecclesiam hora matutinarum certum est q ipe act⁹ vigilãdi de sero/nõ ē cõiũct⁹ ipi omissioi. Ex quibus patet q licz ipa pctã omissionis de per se et simplr cõsiderata/possint esse absq̃ aliquo actu

ab extra.respectu tñ actuū tam interiozū ipsi⁹ vo luntatis ⁊ de p se/q̄z exteriozū ⁊ de p accidēs nō sunt sine aliq̄ actu. Et exinde actualia dici possūt Per iam hic tacta pōt quisq̄ apud se ꝓpendere qñ peccata omissionis sunt mortalia vel venialia vel grauia vel leuia.cōsideratis scz obligatione qua ḡs ad aliq̄d faciendū tenet.⁊ necessitate vel vtilitate illius ad quod sic tenet.⁊ causis seu occasionibus ex q̄b⁹ omissio ꝓtingit

De natura primoruz

motuū ⁊ quādo peccata existant.

Quia vo oñe peccatū actuale siue mortale siue veniale/cōiter a p̄mis motoribus oztum habet.imo ipi p̄mi mot⁹ inter pctā venialia cōputant. In oñi em̄ temptatione est cōiter iste successus.q̄ primo insurgit p̄mus motus.quē sequit delectatio.⁊ exinde cōsensus. Ordo em̄ temptatiōis hic cōiter ē q̄ p tria successiue in pctm̄ inducimur.s.suggestione.delectatione.cōsensu.ita q̄ p suggestionē que siue ab extra.vt a diabolo ⁊ mūdo.cuiusmodi temptatio nō est pctm̄ sed materia exercēde vtutis.siue ab intra vt a fomite.qui nobis in est/p cedat:excitat p̄mus motus.⁊ ibi temptatio ichoatur.p delectationē ꝓgredit.⁊ p cōsensum consummat.que tñ cōsummatio intelligat de cōsensu in actum nā aliquē ē repire cōsensum in delectationē/in quo licet cōsistat pctm̄.nō tñ ibi ꝓprie dicit temptatio cōsummari.vt latius ifra declarabit. Ideo p clariozi intellectu tam tā dicto num q̄z etiā dicendozū/venit aliquid de ipsis p̄/mis motibus delectatione cōsensu/in generali tā gendum. Ꝓzo quā sciendū q̄ aia sensibilis duplicē habet potentiā. Vnā apzehēsiuā.aliā motiuā. Apzehēsiuā iterū diuidit in apzehēsiuā de foris.⁊ in apzehēsiuā de itus seu ab intra. Vires apzehensiue de foris seu ab extra sunt q̄nq̄ sensus pticulares siue exteriozes.s.visus.audit⁹ gustus.odozat⁹.tactus. Et sunt vires apzehensiue passiue.quia sensatio fit in ipsis sensib⁹.ab intra suscipiēdo ⁊ nō ab extra mittēdo. Et sunt isti sensus/solum ꝓceptibiles rerū singulariū.⁊ non vniuersaliū. Et habēt oñes vnā oziginez/ sensu cōi. a quo veluti linee a centro exeūt. Et ad causanduz i eis debitā sensificationē.quattuoz opoz tet cōcurrere.s.obiectū p̄ns.mediū deferēs.⁊ dispositū ozganū cōueniēs ⁊ sanū.⁊ actualem animē intentionē. Et in multis cōueniunt ⁊ differūt adinuicē.que p materia p̄senti nō ē necessariū exprimere. Vires aūt apzehēsiue ab intus/sunt q̄nq̄ potētie iteriozes aie sensibilis.que sunt sensus cōis.imaginatio.estimatio.fantasia ⁊ memoria. Et sunt etiam oñes iste q̄nq̄ potētie passiue quia ab intus suscipiēdo apzehēdunt ⁊ patiunt a fozmis rerū singulariū. Et sunt etiā circa pticularia tm̄. Et ē sensus cōis potētia q̄ oīm sensuū pticulariū obiecta apzehēdit. Nā alij sensus sili tudines suozū sensatozū ad sensum cōmunē reducunt.quo mediāte.de singulozū ꝓprietatib⁹ iudicant ⁊ discernunt. Quia p̄m iudiciū sensus cō munis/apzehendim⁹ nos videre q̄n videm⁹.et audire q̄n audim⁹.⁊ sic de alijs. Virt⁹ aūt imaginatiua/ē potētia apzehēsiua.in q̄ imaginationes rerū sensibiliū reseruant. Ista vtus plus abstrahit q̄z sensus.q̄m sensus nō accipit fozmā rei nisi ipa re p̄sente. Imaginatō vo fozmā rei resuat.re etiā ipa absente. Et in h̄ differt a sensu cōi q̄ sensus cōis indiget p̄sentia rei exteriozis sicut sensus pticularis.imaginatio vo nō. Ista vtus vocat thesaurus fozmarum.quoniam sicut dictum est fozme rerū a pticularibus sensibus recte in ea retinent ⁊ seruant. Et de istis duab⁹ potentijs sufficiant que dicta sunt summatim.p intellectu dicendozū tetigisse. Qui ampliozā ⁊ etiā ō alijs trib⁹ potētijs quesierit/ad ipm̄ recurrat.

De vi sensibili motiua spiritualiter.

Vis sensibilis motiua/q̄nq̄ mouet spiritualit.q̄nq̄ cozpaliter. Q̄n mouet spūaliter/dr appetitiua.que etiā dupl⁹ mouet.s.aut diligēdo aut odiēdo. Ita ꝓta q̄ diuidit in cōcupiscibilē.⁊ in irascibilē.p q̄s aia appetit bonū vel insurgit cōtra malū. Et exin de oziunt quattuoz affectiōes.s.gaudiū spes dolor.timoz. De sensualitate. Sensualitas cuiz est vis anime sensibilis motiua.⁊ ad idez mouet ad q̄d vis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis.⁊ ab eis differt Primo q̄z semp appetit q̄ delectabilia sūt cozpi.⁊ que ei nociua sunt refugit. Cōcupiscibil⁹ vo ⁊ irascibilis/bñ versant ⁊ mouent.etiam circa bonū vel malū nō delectabile nec nociuū cozpi pozi. Scdo quia sensualitas/magis cozpi ꝓiungit.⁊ magis ad carnē depssa. Et sic in brutis ita in homie/suo ꝓprio motu mouet nec aliq̄ legi stringit.q̄n semp in appetitu rerū ad cozpus pertinentiū/moueat. Nobil⁹ tñ ē in hoie q̄z in brutis q̄z in hoie ei cōuenit aliqualiter subiectā ee ⁊ obedientē volūtati ⁊ rōni. Scz ꝓcupiscibilis ⁊ irascibilis/ꝓiungit rōni.⁊ put sunt in hoie rōne frenātur ac regunt vtutib⁹ q̄ in ipis fundant.vt temperātia q̄ ē in ꝓcupiscibili.⁊ fortitudine q̄ ē in irascibili. Vis sensibil motiua/mouēs cozpaliter diuidit in vtutē naturalē.in vitalē.in animalē. Prima.s.naturalis motiua ē humozū mediantibus arterijs q̄ radicant in epate.⁊ h̄ p spm̄ naturalem. Scda.s.vitalis/ē motiua pulsuū mediantib⁹ arterijs q̄ radicant i cozde.⁊ h̄ p spm̄ vitalē. Tertia.s.aialis ē motiua mēbrozū mediātib⁹ neruis. q̄ radicant in capite.⁊ h̄ p spm̄ aialē. Et p̄m isto rū diuisitatē vt videt dr spūs natural vitalis.⁊ aialis.q̄ tñ vn⁹ ⁊ idē ē in subā.lz p̄m compationē dictozū motuū/diuersificet in ratione.

De aliquibus potentijs anime rationalis.

Est insup sciendū q̄ ꝯtū ad pñtē materiam spectat ⁊ sufficit/potentie anime rōnalis ꝑm ꝓ̄bm ꝓncipaliter seu ꝓma quā theologi intellectū vocant. ⁊ in motiuā quā theologi affectū noiant. Tūc em̄ potētia aie/intellectus dicit/qñ est ap̄prehēsiua. Et volūtas dicitur q̄ñ est motiua. Item sciendū q̄ aia q̄uasdā vires habet/sepatas a corpe. ⁊ ꝑm q̄s nō innitit corpi. licet eis vtat vtente corpe. vt sunt velle et intelligere. Quasdā vero habet ī sepabiles a corpe quia scz aia extra corpus/earū opationē exercere nō pōt vt sunt vires sensibiles de quib⁹ supra. Habet etiam aliās quo ad se dūtaxat vt sunt rōs voluntas. liberū arbitriū. Aliās ꝯo habet q̄bus corpi ꝓmiscet. vt sunt vis naturalis. vitalis. ⁊ animalis. de q̄b⁹ supra tactū est.

Vis motiua aie rationalis diuiditur.

Est insup sciēdū. q̄ vis motiua aie rationalis/diuidit̄ ꝑ impatiuā. in cōsiliatricem. in affectiuam. et consiliatricem et affectiuam simul. Prima est liberum arbitriū ⁊ sinderisis. scda ē ratio. tria ē volūtas. q̄ta dr̄ ipse itellect⁹ practic⁹. De tribus ꝓmissis solū exigit materia pñs facē mētitiōes

De libero arbitrio

Liberū arbitriū ꝑm Aug⁹. dicit facultas rōnis ⁊ volūtatis. qua eligit bonū gr̄a existētie ⁊ malū gr̄a desistētie. In q̄ diffinitione ponit ratio vt cōsiliarius ⁊ volūtas ⁊ impans. Ratio em̄ dicit aliq̄d ee bonum vel malum. ⁊ voluntas facere vel nō facere impat. Ex qua etiā diffinitione ac etiā ipa liberi arbitrij denominatione/clarū ē q̄ liberū arbitriū/rationē ⁊ voluntatē comꝓhendit. Arbitriū est ipsi⁹ rōnis. libertas aūt ē ipsi⁹ volūtatis. Est ꝑsiderari pōt. Uno mō simplicit̄ ꝑm se ⁊ suā eēntiam. ⁊ volūtatem. Et isto modo cōsiderādo nō ꝓprie sibi cōpeteret diffinitio supra posita. nec ꝓpe tūc deberet dici vis aie rōnalis impatiua. Alio mō/do pōt ꝑsiderari ꝑm q̄d ⁊ ꝑm q̄ndā relationez. ⁊ tūc aliq̄ mō addit vltra rōnē ⁊ volūtatē nō q̄dem ee. ꝑ solū q̄ndā liberā ⁊ naturalē aptitudinē ⁊ facultatē ꝑ currētie rōnis ⁊ volūtatis ad aliquē actū. ⁊ tūc ꝓpe sibi cōpetit diffinitio ꝓdicta. q. s. ē facultas siue ꝑ sensus volūtatis ⁊ rōnis. Et ꝓportat seu dicit illa facultas/qōdā dōnū ad aliq̄d disponendū ⁊ faciēdū q nō ē rōnis tm̄ nec volūtatis tm̄. nisi alia cōcomitāte ⁊ ꝯdicēte. Sic̄ ꝑ qōdam exēplū. ex ꝓcursu vtutis man⁹ ⁊ vtutis ocli/resultat potestas scribēdi. ad qō tm̄ altera ipsarū vtutum ꝑ se nō sufficeret. Sic ex cōcursu rōnis ⁊ voluntatis resultat quedā libertas/siue quoddam dominiū ad aliq̄d disponēdū ⁊ faciendū. ad qō altera/ipsarū ꝑ se nō sufficeret. Et istud ꝓpe dicitur liberū arbitriū. ⁊ tūc ꝓprie dr̄ vis motiua aie rationalis impatiua.

De sinderisi quid est

Sinderisis/est vis motiua seu potētia naturalis/anime rationalis/q̄ sp nata ē figi in supiorib⁹/naturaliē mouens ⁊ stimulās ad bonū ⁊ abhorrēs malū ⁊ in istis nunq̄ ē errās. nec ꝑm sinderisim ē peccare. Et dicunt aliqui sinderisim ee cōsciētiā vel ꝓsciētie iudiciū. Et dr̄ etiā vis impatiua. q⁹ sp ō se impat ⁊ inclinat ad bonū.

De ratione quid est

Ratio dr̄ ipa vis motiua aie rōnalis cōsiliatrix ⁊ discernit cōferēdo inf̄ bonū ⁊ malū. ⁊ inf̄ bonū ⁊ melius. compando scz vnū ad alterū. Et dr̄ simil cognitiua ⁊ motiua. Cū em̄ iudicat aliq̄d ee bonū vl̄ malum. ⁊ ibi sistit. tūc dr̄ cognitiua. Si ꝯo vlterius ꝓcedat iudicādo aliq̄d bonū vt scz fiat. vl̄ malum vt euitet̄/tūc dr̄ ee motiua. Si ꝯo adhuc amplius ꝓcedat ⁊ nō solū iudicat aliq̄d ee bonū vt fiat. ꝑ cū ꝑ etiā illō fieri ap̄petat. tūc iā trāsit in liberū arbitriū/qō cōꝓhēdit rōnē ⁊ volūtatē. vt ꝑ dictū ē. Hec vis aie. s. rō diuidit̄ in ptē supiorē ⁊ in ptē iferiorē. Pars supior/cōiter rō supior noiat. Et ps inferior rō iferior. Et licz iste due ptes idē sint in re ⁊ eēntia. diuersificant̄ tm̄ ꝑm rōnē suarū opationū seu officiorū ac etiā suarū dispositionū sic̄ diceret̄ de eodē oclo nūc/sursum nūc deorsuz aspiciēte. Supior/em̄ ps rōnis seu supior rō diuinis ⁊ eternis intēdit. iferior ꝯo de trāsitorijs iudicat ⁊ ea disponit. Itē supior ps rōnis innitit ⁊ rōcinat ꝑ leges seu ꝑ rōnes diuinas ⁊ eternas. vtputa b̄ ē faciēdū vel nō faciendū q⁹ de⁹ ꝓcipit vel ꝓhibet. Nec hz motū circa res trāsitorias ⁊ tpales nisi inq̄ntū ad eas ꝑ modū cōsilij rōes eternas ⁊ diuinas deducit. Inferior ꝯo ps innitit ⁊ rōcinat ꝑ leges ⁊ rōnes hūanas. vtputa tale q̄d faciēdū ē vel nō faciendū. q⁹ honestū vl̄ inhonestū ē. Vel quia reipublice expedit vel nō expedit. Itē superior ps regit ⁊ hinc vocat supior. inferior vero regitur ⁊ hinc vocatur inferior. Supior pars comparatur homini ade. ⁊ sibi cōmunit attribuit cōsensus. q⁹ dū ratio ad supiora cōuertit/purgat ⁊ illuminat. dū q̄s rōnes eternas ꝓspicit/in bono fortificat ⁊ vigoratur. Inferior vero ps compatur mulieri eu ꝯ q⁹ dū rō ad b̄ inferiora conuertitur/

ꝛ circa res coꝛpales versaꝫ. iam ꝑ sensualitatem cui cõiuncta est/molliri incipit ꝛ sepe ab eis allicitur ꝛ trahiꝫ. Videt em̃ sibi semp pomũ poꝛrigi. id ẽ. illecebram/q̃ ẽ carnalis ꝓcupiscẽtia ꝛ delectatio/vicinam habet.

De voluntate ꝛ quadam eius diuisione.

Voluntas dicit vis affectiua motiua. imo inter motiuas ꝑcipua. cum sit generalis motrix omniũ viriũ. Cum em̃ intellectus apꝛehẽdit aliq̃d vt bonũ/vel vt cõueniẽs. volũtas virib⁹ affixis ipis oꝛganis sensuum/impat. sicut est visui ad videndum auditui ad audiendũ. ꝛ sic de alijs sensib⁹. Similiter in motu locali volũtas impat virtuti animali motiue mẽbꝛoꝝ. ꝛ virtuti que ẽ in neruis. ꝛ ita mouet ad ambulandũ ꝛ currendũ ꝛ hmõi similia. Inter potẽtias anime nlꝫ ẽ liberioꝛ. quia nec obligaꝫ oꝛgano. nec cogiꝫ obiecto ꝓpter qõ dic̃ Aug⁹. q̃ nihil adeo in nostra ptãte est/sicut volũtas. Et diuidiꝫ in voluntatẽ naturalẽ ꝛ in deliberatiuam. ꝓxima scz naturalis dirigiꝫ ꝑ sinderesim. Secũda ꝓo. s. deliberatiua dirigiꝫ ꝑ rõnem Et sunt idẽ in eẽntia. sed differũt in modo apetẽdi seu volẽdi. Naturalis em̃ semp inclinat ꝛ istigat ad bonũ honestũ. ꝛ remurmurat cõtra malũ quia cũ ꝑ sinderesim dirigaꝫ. imutabiliter apetitus eius ad beatitudinẽ inclinaꝫ. Deliberatiua vero post rõnis deliberationẽ/aliq̃n adheret bono aliq̃n malo. ꝛ put apetit facere ꝫ vel illud dicit deliberatiua. Et ꝑm iudiciũ rõnis ꝑ quam dirigiꝫ põt ad malũ inclinari. qz sepe ꝓtingit rõnem in deliberãdo deficere.

℟ An pꝛimi motus sint peccata ꝛ que.

Ptis sic ꝑsuppositis videndũ nunc occurrit de ipsis pꝛimis motib⁹ an. s. sint peccata ꝛ que. Dõ in effectu ẽ quere re. an in sensualitate possit eẽ pctm̃: cũ ipsa sensualitas hmõi motuũ ꝓncipiũ sit ꝛ subiectum. Circa quod vaꝛij sunt modi dicẽdi. sed q̃tum ad hunc tractatũ sufficit/tangeꝫ cõioꝛ. ꝓ cui⁹ declaratione est adhuc vltra supius nõta sciendum. q̃ sensualitas in hoc ꝓposito/duplicit cõsideꝛaꝛi põt. Uno modo in se ꝛ simpliciter. et isto modo sensualitas in furiosis ꝛ infantibus sicut ꝛ in alijs hominib⁹ esse dicit. imo isto modo considerãdo/in ea (vt dicit Aug⁹. vtq̃ supꝛa tactũ ẽ) cũ bꝛutis cõicamus. Et isto modo accipiendo/in sensualitate nullo modo põt eẽ pctm̃ Alio modo põt sensualitas consideꝛaꝛi nõ ita simpliciter. sed quodãmodo respectiue/put. s. ẽ q̃dãmõ ad rõnẽ oꝛdinabil ꝛ ab ea ꝓsuasibil. Et isto mõ ꝓsideꝛando. qñ ꝓtingit sensualitatẽ ad illicitũ moueꝛi. ꝛ sic q̃dãmõ a regl̃a iusticie deoꝛdinaꝛi: tl̃is ei⁹ deoꝛdinatio. hz rõnẽ pctĩ. inq̃tuz tñ pctm̃ dic̃ ꝛ ipoꝛtat q̃ndã rõnẽ vitij q̃ndãq̃ deoꝛdinationẽ/q̃ põt esse via ad op⁹ ꝓhibitũ ꝛ vitupio dignũ. Nõ ni inq̃tũ pctm̃ dic̃ culpã. qz act⁹ vitiosus/ea sola rõe dr culpa q̃ ẽ a volũtate. Et iuꝛ hũc duplicẽ modum ꝓsideꝛãdi verificaꝫ illõ qõ a nõnullis/dr. q̃ ẽ alq̃s act⁹ ꝓpꝛi⁹ sensualitatl simplr ꝓsideꝛate/q̃ nõ ẽ ꝓpꝛi⁹ act⁹ sensualitatl inq̃tũ hũana. Est etiã sciẽdũ q̃ vt ex s̃ tactl satl elici põt/triplex ꝛatio tũ ad hãc materiã spectat/repit eẽ mot⁹ seu apetitus. s. naturalis sensitiu⁹. ꝛonal. Mot⁹ aũt aie put ꝫ accipiꝫ/nihil aliõ ẽ/q̃ aie iclinatio in aliq̃d. ꝛ iõ illis aie virib⁹ seu potẽtijs/q̃b⁹ iclinatio ñ conuenit/nõ attribuiꝫ ꝓpꝛie mot⁹ Inclinatio aũt est in apetitu/q̃ mouet in aliq̃d agẽdũ vel habẽdũ. ꝛ tõo act⁹ apetitiuarũ ꝛ virtutũ. aie mot⁹ ꝓpꝛie vocaꝫ. nõ aũt act⁹ virtutũ apꝛehẽsiuarũ. Mot⁹ igit seu apetit⁹ naturalis ẽ q̃dã ꝛ imaginatõ ꝓgnit seu causat. ꝫ ipa q̃litatũ naturaliũ dispositio q̃bus naturales aie vires/suas actiões exercent. Occurritq̃ iste mot⁹ repẽte ꝛ q̃si ꝫbito. vt ex ꝛe exemplũ in repẽtino motu seu apetitu cibi. vt alteri⁹ delectabilis. Hic mot⁹ in nullo rõni subiacet. nec obedit. sed nec voluntas sup eo qõcupiscet. nec obedit. sed nec voluntas sup eo qõcupiscẽt. hz dñiũ. cũ naturalis sit. ꝛ sit extra genꝰ mꝛis seu moꝛale. ꝛ iõ nec in eo pctm̃/eẽ põt. Et hz effectualiter in sensualitate sit/ꝑmo mõ ꝓsideꝛata. nõ tñ comuniter noiaꝫ mot⁹ sensualitatl. ꝫ mot⁹ naturalis ex eo (qz vt tactũ ẽ) ad naturaliũ q̃litatũ actiones cõsequiꝫ. Et vocaꝫ iste mot⁹ ab aliq̃b⁹ ꝓmo ꝓm⁹. Mot⁹ aũt seu apetit⁹ sensitiu⁹ ẽ/q̃ ex ꝓcedẽti imaginatione/ vel ꝓcedẽti motu naturali ꝓsequiꝫ. ꝛ vocaꝫ iste mot⁹ scõo ꝓm⁹. qz ẽ ille motus/q̃ ꝓmo post motũ naturalẽ/de q̃ statim supꝛa insurgit seu occurrit. Et attribuiꝫ iste motus sensualitati scõo modo ꝓsideꝛate. inq̃tũ. s. hũana est ad rõnẽ oꝛdinabil. Et isto modo sumendo sic describiꝫ. ꝓm⁹ mot⁹ ẽ mot⁹ sensualitatl ꝫm ipullmm fomitl. tẽdẽs ipetuose ad fruitionẽ creature delectabil. hmõi ꝓmi mot⁹ sensualitatl/q̃dãt nõ in ptãte sunt. ꝛ q̃dãmõ nõ. Si em̃ q̃libet eoꝝ/singlatim ꝓsideꝛet. sici ptãte nr̃a fũt. qz q̃libz eoꝝ possum⁹ ꝓuidẽdo decliare ꝛ ipedire ne insurgat. Si aũt oẽs simul ꝓsideꝛeꝫ. nõ fũt in ptãte nr̃a. qz licz ipedire possum⁹ ne iste vl ille insurgat: nõ ẽ tñ ptãte nr̃a facẽ q̃n aliq̃s insurgat. imo dũ vnl obuiare nitimur: ex alĩa pte põt alĩ⁹ mot⁹ surrepere. eim̃ põt eẽ simultãtio volũtatl retinẽtis ꝫ dilla in actu. Ut dari põt exẽplũ ꝺ nauta q̃ singla fozami na sue nauis obstruẽ põt ne ꝑ illa aq̃ intret. ꝫ ñ põt oia simul obstruere vt aq̃ nusq̃ intret. Et ratiõe qa huiusmodi ꝓmi motus sensualitatis sic̃ sunt pctã. ita sunt pena pctĩ. s. oꝛiginaꝫ. ꝛ iõ merito dicuntur venialia. quia hoc ipo venia digna sunt.

De tertio motu seu apetitu scilicz raõnali di cẽk infra: vbi de delectatione ꝛ consensu tangeꝫ.

Est insup notãdũ. q̃ triplex in re pectu ad ip-

sam voluntatē repitur differētia actuū. ⁊ intelligē siue interiorū siue exteriorū. vt etiā motus interiores cōprehendant. ¶ Aliqui eñ sunt sup q̄ bus ipa volūtas nullū habet dominiū. neq; completum neq; incōpletū. imo q̄netiā eos singillati considerādo. nullo modo sunt in ptāte nostra. vt sunt actus quos volūtas nō solum non imperat. sed nec impedire aut rep̄mere pōt. vt sunt primi motus naturales. de quibus supra. Et in talibus nullū est peccatū. nec veniale nec mortale. Et ratio est. quia nullus act⁹ ponit̄ in genere mor⁹ seu moralis. nisi habita cōsideratione ad voluntatē q̄ que est p̄ncipiū omniū actuū moraliū. Et hinc ē/ ibi dicitur genus moris incipere. vbi primum dominiū voluntatis inuenit̄ quibus volūtas dominiū quoddā habet/nō quidem completū ⁊ pfectū sed incompletū ⁊ impfectum. vt sunt actus qui nō p̄ imperiū ipsi⁹ rationis p̄cedūt. sed tñ pōt eos voluntas si voluerit impedire ⁊ rep̄mere. nō quidē ne insurgant. ℔ ne cedant. quales sunt actus q̄ p̄cedūt apprehensionem rōnis. Et istorū actuū dicit̄ voluntas cā nō quidē de p se. quia nō impat. sed de p accidēs quia nō impedit cū impedire possit. Et isto modo dicit̄ volūtas causa primorū motuum. Et in talibus si deordinatio cōtingat. rōnem pcti habz nō quidem peccati pfecti ⁊ cōpleti. vt est peccatum mortale. sed tantū incompleti ⁊ impfecti q̄le est pctm̄ veniale. ¶ Alij sunt actus in quib⁹ voluntas completum ⁊ plenum habet dominiū. vt sunt actus qui ex eius impio p̄cedunt. ⁊ qui non solum apprehensionē. sed etiam deliberationem rationis sequunt̄. Et in istis consistūt actus ꝑtu tis vel peccati mortalis. nisi ex electiōe p̄cedat. Electio aūt nō nisi ex impio volūtatis p̄gredit̄. Et ideo nō potest esse virtus vel peccatū mortale: nisi in illis actibus qui ex impio volūtatis p̄cedunt. Et hmōi actuū dr̄ volūtas eē causa de p se ⁊ simplicit̄. quia vt tactū est ipsos impat. Et ō istis actibus latior in sequētibus venit faciend⁹ ℔mo. Et ℔m hanc distinctionē intelligi ⁊ accipi debet/dū scriptum repit̄ q̄ oñe pctm̄ est in voluntate. nō em̄ est intelligendū q̄ sit in voluntate tanq̄ in subiecto. sed tanq̄ in causa vt tactū ē de p se ⁊ simpliciter vel de p accidens. ¶ Ex p̄cedentib⁹ clare liquere pōt/qñ p̄mi motus seu motus sensualitatis peccata sunt. ⁊ quē. ¶ Motus aūt seu appetitus naturalis/qui dr̄ p̄mo p̄mus nullo modo est pctm̄. quia vt satis supra declaratum est. volūtas nullū sup eū dominiū habet. ne q̄ cōpletū neq; incōpletū. nec est in ptāte nostra. ¶ Motus seu appetitus sensitiu⁹ qui secūdo p̄mus dicit̄ ⁊ p̄prie sensualitati attribuit̄. cū talis mot⁹ vt tactū ē/ipa sensualitas sit p̄ncipiū ⁊ subiectū. pctm̄ est sed veniale. Pctm̄ quidē tū p̄pter quādā inordinationē quādā q̄ delectationē an/ nexam que in eo est. tum quia quodāmodo volūtarius est. nō quidē ℔m se. sed quia a voluntate q̄ sup eo dominiū licet incompletū habet. ⁊ q̄ semper ℔m iudiciū rōnis moueri debet. ip̄m dum p̄sentit/nō statim rep̄mit. Vel sez inq̄tū potest impediendo. vel nō sentire deliberādo. vel cogitationē in aliud diuertēdo. Veniale quidē. quia illud dominiū quod sic sup hmōi p̄mū sensualitatis motū ipsa voluntas habet: nō est dominium cōpletū/nec est in ei⁹ plenaria ptāte. illud ad qō sic ille motus seu appetitus sensualitatis inclinat a se statim abīcere. ⁊ ideo in eo nulla pōt esse ratio peccati mortalis. sed solū venialis. ¶ Aliā rationem quare in sensualitate modo quo supra cōsiderata/pōt esse pctm̄. sed nō mortale assignant alij. que licet in effectu in idem cū supra tacta redire videat̄/ad maiorē tñ declarationem. ⁊ q̄a frequenter diuersi intellectus diuersis rōnibus moueñ/visa est nō debere omitti. Et est ista. q⁹ aliq̄ vitiat ⁊ deordinat mortale peccatū. ⁊ aliter veniale. Mortale em̄ viciat ⁊ deordinat deordinatione pfecta ⁊ cōsummata/respectu finis vltimi. q̄ deordinatio consistit in auersione ab ip̄o vltimo fine q̄ ē deus. ac eius contemptu cum deliberato cōsensu. que oīa solius sunt rationis. cuz (vt sepe in supiorib⁹ dictū ē) ei⁹ sit actus humanos regulare. ⁊ in finē vltimū dirigere. Deordinatio vero peccati venialis/nō est deordinatio pfecta et cōsummata sed solū inchoata. nō em̄ habet peccati deordinatio in potentia inferiori consummari sed solum inchoari ⁊ in potentia supiori fit consummatio. Et hinc est q⁹ in rōne que ē potētia superior/consistit pctm̄ mortale. In sensualitate q̄ ē potētia inferior/nō cōsistit nisi veniale. ¶ Et intelligañ p̄dicta etiā de primis motibus/actuuz p̄hibitorū quorū. ſ. delectatio ⁊ cōsensus/⁊ a fortiori actus exterior/de suo genere sunt aut eē p̄nt pctā mortalia. Nā de alijs. quorū delectatio cōsensus ⁊ act⁹/de suo genere nō sunt nec eē p̄nt nisi pctā venialia: ridiculū eēt querere/⁊ nō bñ sanum dicere ⁊ ponere/eorū p̄mos mot⁹ q̄ in sensualitate sunt/pctā mortalia esse. ¶ Ex q̄bus oīb⁹ liquet q⁹ ip̄e p̄mus motus sensualitatis/non habeat rōnē mortalī pcti. pōt tñ ad pctm̄ mortale p̄currē. imo vix sine eo pōt pctm̄ mortale cōmitti Licz aliq̄ alik̄ dicē ausi sint/distinguentes circa b⁹ duo genera pctorū. ſ. spūalia/q̄rū aliq̄ p̄tingē dicūt circa obiectū ap̄hēsuz a sensualitate/⁊ a tali b⁹ rōnē iferiorē sine sēsualitate ñ peccare/ vt exēplificāt i odio felicitat⁹ alienei se. Aliq̄ vo p̄tingē dicūt. ñ circa obiectū a sensualitate ap̄hēsū/⁊ i tlib⁹ rōez iferiorē sine sensualitate peccare posse vt i debita curiositate scie. Carnalia āt sp dicunt circa obiectū sensualitat⁹ p̄tigē. ⁊ iō i his rōez iferiorē nūq̄ sine sēsualitate peccare. ℔ q̄ bñ radicē⁊ originē cuiuslibz pcti iuestigare volūit. ꝛpiet nullū eē pctm̄/i q̄ ipsi⁹ sensualitat⁹ mot⁹ non p̄currat

imo ḡn in eo ꝓpinque vel remote inchoet. Octo aũt cõiter assignant rationes seu cause/quare homo ꝓnior est ⁊ ꝓcliuior ad malũ ꝙ ad bonum.

Prima causa est.quia vt dicit sapiẽs corp' qđ corrũpit/aggrauat animã:eam.s.trahẽs ad malum.⁊ nõ sic erigens ad bonum. Secũda causa ẽ quia vt dicit Aug'.plus valet malũ inolituz ꝙ bonũ insolitum.quod sic exponi põt ꝙ plus valet id ẽ.fortius est ad mouendũ scz ⁊ attrahendum malũ inolitum.id ẽ.naturale ⁊ innatũ.ꝙ bonum insolitũ.id ẽ.nõ cõsuetũ. Tertia causa ẽ. quia naturaliter facili' est descendere ꝙ ascendẽ. imo magis trahit vnũ deorsum ꝙ decem sursum.

Quarta causa est.quia cõmuniter ea que nos ad malũ incitant ⁊ inducunt.nobis ꝓsentia sunt. Finis vo ⁊ ꝓmiũ virtut' nobis absens ẽ. Quinta causa est.quia plures circũstãtie ad bonũ actũ requirunt/ꝙ ad malũ.imo bonum fit nisi ex concursu omniũ circũstantiarũ ad illud debitarum. malũ vero cõtingit ex defectu vnius. Sexta causa ẽ.quia cõtinue ad nostrũ ꝓncipiũ scz ad nihilum tendimus. Septima causa est.quia fomes qui nos ad malũ mouet ⁊ ꝓnos facit/semp intra nos ẽ.gloria vo quam querim' extra nos. Octaua causa est.quia vires anime ad diligẽdum tẽpalia/sunt actiue.ad ea vero q̃ sunt gratie ⁊ glorie sunt quodãmodo materiales ⁊ passiue. Virtutes etem ꝓ modũ acquisitionis haberi nõ possunt.sed solũ ꝓ modũ receptionis. qz malum ex nobis ipsis ⁊ ꝓ nos facere possumus Bonum vero facere non nisi gratia dei adiutrice valeamus.

De natura delectationis ⁊ an sit peccatũ ⁊ quod.

Expeditis his que circa primos motus sensualitatis dicẽda occurrebant: venit aliquid de delectatiõe tangendum an scz sit pctm̃ ⁊ quod. Vbi quo intelligendo expediens est aliquas ex multis ⁊ varijs delectationũ diuisionib' ⁊ spẽb'. que ꝓ nonnullos assignari solent ad ꝓsentẽ materiã sufficit/declarare. Vna igit̃ int̃ ceteras diuisio ponitur.ꝙ delectationũ/alique sunt corpales ⁊ sensitiue.alie sũt spirituales seu itellectuales. De lectationes corpales ⁊ sensitiue dicunt̃.que i appetitu sensitiuo ⁊ de bono sensibili seu bono ꝺm sensum fiunt. Spũales vero seu itellectuales sũt que in appetitu intellectiuo ⁊ de bono intelligibili seu bono ꝺm intellectũ consistunt. Certũ ẽ em̃/delectationẽ/frequẽter apprehensionẽ rõnis seq. apprehendẽtis scz aliquid tanꝙ bonũ ⁊ cõueniẽs ad quã ratiõis apprehensionẽ/nõ solum cõtingit cõmoneri appetitum sensitiuũ per applicationem ad aliquam rem pticularem. verũetiam appetitũ intellectiuũ.qui ꝓprie nihil aliud est ꝙ volũtas. ꝓ applicationẽ ad aliquid intelligibile. ⁊ ꝺm ꝺ in appetitu intellectiuo est delectatio.sicut ⁊ esse potest in appetitu sensitiuo. Sed inter hmõi ist̃orum appetituum delectatiões/multũ interest. Nã delectatio appetitus sensitiui/semp est cũ aliq̃ trãsmutatione corpali. ⁊ isto respectu ꝓprie debz accipi ⁊ intelligi/dum cõmuniter dicit delectatio qdam passio esse. ꝙuis etiã ⁊ de delectationib' intellectualibus ita intelligi possit.sed nõ ita ꝓprie. Quod tm̃ in vtrisq̃ delectatõnibus intelligendũ est capiẽdo passionẽ nõ ꝓprie ⁊ stricte.put.s.cõuenit passionibus corruptiuis ⁊ in malum tendẽtibus. vt egritudines.tristicia.timor ⁊ hmõi. Sumpte large ⁊ quodãmodo impropprie.put scz dicit aliquam corpalem alterationẽ seu anime affectionẽ. Delectatio vo appetitus intellectiui.de se semp est sine transmutatione corpali.quia ꝓprie nihil aliud ẽ/ꝙ simplex motus volũtatis/se ad aliquid cõplacẽter applicãtis. Et hinc dicit Aug'.ꝙ cupiditas ⁊ leticia/nihil aliud est ꝙ volũtas in eis cõsentiens que volum'. Vnde me delectationes scz corpales ⁊ sensitiue/licet a corpe ⁊ sensu denominent̃:sunt tm̃ delectationes toti' compositi. Nã in eis est tam corpis ꝙ anime delectatio. Corpis quidẽ ꝓpter apprehensionẽ sensus qui ẽ virtus in organo corporeo/⁊ qui nõ nisi mediãte organo corpis apprehendere põt/ex qua apprehensione dũ (vt tactũ ẽ) fit de bono ⁊ cõuenienti ꝺm sensum/sequit̃ quedã volutis appetitiue quies in eo quod amat seu optat/⁊ hinc creat̃ illa delectatio corpalis. Anime vo tam ex eo ꝙ oĩes hmõi vires appetitiue ⁊ apprehensiue in ea consistũt.ꝙ etiam ꝓpter apprehensionẽ ipsius rõnis que similiter illud idẽ quod ꝓ sensum tanꝙ sibi bonum ⁊ cõueniẽs apprehensum ẽ/etiã tanꝙ bonũ ⁊ conueniens toti corpi apprehendit. Si em̃ rõ nihil apprehẽderet/tũc ꝓprie nõ esset delectatio/vt esse dare exẽplũ in infantib' ⁊ in insensatis/quorũ licet sensus suũ obiectũ tanꝙ sibi bonũ ⁊ cõueniẽs apprehendere possit/⁊ ex hinc (vt tactũ ẽ) sequi dam virtutis appetitiue in eo qđ amat ⁊ delectat/quies.quia tm̃ in eis ratio nihil apprehendit nec dijudicat/⁊ sic nec se delectari intelligũt aut cognoscũt/ideo ꝓprie delectari nõ dicunt̃. Et tm̃ est in effectu quod ꝓ aliqs dicit.ꝙ ad ꝓpriã delectationem.tria habẽt cõcurrere.scz duo/quorum ẽ cõiũctio seu applicatio delectabilis/vtpura appetentis/⁊ illius qđ appetit̃/⁊ tertiũ est hmõi coniunctionis seu applicationis cognitio. Ex quo surgit/ꝙ cõmuniter dicit̃ delectationez ꝓprie sine cognitione fieri.nec ꝓprie delectationem. vt iam exemplificatũ ẽ. Nec mirũ si in hmõi delectationibus totius compositi seu totius hominis/dicant̃ sensus ⁊ ratio ꝙuis diuerse sint eorũ operationes circa idẽ delectari. Nam certũ est/ꝙ idem põt ꝓ sensum ⁊ ꝓ rationẽ apprehẽdi.ita cõtingere põt illud idem ꝺm sensum ⁊ rõnem conuenire. ꝙ sensus ⁊ ratio circa

illud idem delectabuntur. sed non fit eodem modo. Nam sensus in eo in quo delectat/solum delectat in cōtum illud apprehēdit tanq̄ bonum et cōueniens. ⁊ sic delectabile in sensu. ratio vo in illo eodem delectat sed solū in cōtum illud apprehendit in rōne boni vel cōueniētis ad regimen et sustentationē totius corpis. Et intelligant predicta de inferiori pte rōnis seu de inferiori rōne q̄a superiori rōni/delectatio nō attribuit. sed soluz cō sensus in actū. qui deliberationē sequit. vt latius infra tanget. Secūde vo delectationes. s. spūales ⁊ intellectuales/sunt delectatiōes soli⁹ anime quia in eis nulla ē necessaria apprehēsio seu opatio sensus. vt facile est cōsiderare.

De alia diuisiōe delectationis

Alia diuisio repit. quia delectatiōnū alique sunt spūales. alie carnales. Nec hic accipitur spūalitas ⁊ carnalitas put statim supra. in cōtum scz solam anime vel corpis delectationē importet. sed vt capit apostolus distinctionē faciēs inter hoiem spūalem ⁊ carnalem. ſ. ad Cor. iij. ⁊ in pluribus alijs locis.

De delectatione spirituali

Delectatio spūalis put hic accipit est. q̄ est in deo creatore. vel ppter deū. In creatore do scz ⁊ cōtēplando suā immensitatē. maiestatē q̄dē. q̄n scz homo in eo directe delectat cōsiderādo scz ⁊ cōtēplando suā immensitatē. maiestatē et virtutem. ⁊ bonitatē ⁊ hmōi. Juxta illud ps̄. Memor fui dei et delectat⁹ sum. Et illud Delectare in domino. dabit tibi petitōes cordis tui

Propt deū vo. q̄n scz alq̄s in aliq̄ bono alio a deo. siue sit intellectuale siue corpale debite delectat: nō tñ illic sistendo. sed delectatōem illam pure in deū reflectendo. vt si q̄s (exēpli gracia) in scientiab sibi data delectaret. iquātū se p eam in deū. ad laudēq̄ suā ⁊ sui nōis exaltatōez pficē posse sperare. vel in aliq̄ re mag̃ pulchra vel ad miribili. manuducēdo p illud intellectum suū in ammiratōem ⁊ delectatōem infinite potencie. sapiēcie et bōitatis dei. Juxta illud ps̄. Delectasti me domine in factura tua ⁊ in operib⁹ manuum tuarū exultabo. Et de hmōi delectationib⁹ nō ē hic longioz ptrahēd⁹ sermo. tum quia materiam istam a carnalibus constituunt. de q̄bus hic tractādum venit. tū quia hmōi delectatōes spirituales nō solū pctā non sunt. sed meritorie. imo tāte esse possent q̄ ad magnā pfectōez hominē ducerent.

De carnali

Carnalis vero delectatio q̄ put hic sumit ⁊ a spūali de qua statim tactum est distinguit/ pt iuxta supra tacta tā de bono intelligibili. i q̄ de bono sensibili esse duplex itez cōtum ad hūc tractatū sufficit reperit. Una naturalis alia voluntaria. Naturalis put a volūtaria distinguitur ⁊ stricte capiēdo (nā large sumēdo delectatio etiā volūtaria naturalis dici pt) est cū vnaq̄q̄ vis aie/in suo obiecto q̄ tanq̄ sibi bonū ⁊ cōueniens apprehendit delectatur/ vt puta ratio in cognitōe veri/ visus in coloribus maxie medijs. Auditus in sonis mediocribus et sic de alijs. Et licet talis delectatio vix vnq̄ haberi possit/q̄n in ea sit aliq̄s concursus rōnis et voluntatis. imo vel supra tactū est nō ppie alias delectatio dici deberet. tamen (vt in sili superi⁹ de ꝑmo motu in sensualitate dictū est) in se considerata nullā importat seu respicit rationis vel voluntatis opationem imo proprie nihil aliud est q̄ quedam naturalis virtutis appetitiue quies in aliq̄ bono sibi ꝓuenienti amato seu desiderato vt posset poni exemplum de delectatione que habetur in calefactiōe post magnū frigus/ vt potu post vehementem sitim. Et hui⁹ modi delectatio sic ꝓsiderata/ de se nec laudabilis nec vituperabilis ē. Quia vt frequenter supra tactū est. q̄ actus dicuntur virtuosi vel defectiui hoc hñt a ratione ⁊ voluntate inquantum scz ab eis imperantur vel consenciuntur. Volūtaria vero delectacio est ppie que appēhensionez rationis consequitur. Cum enim ratio aliquid tanq̄ bonū conueniēs apprehēdit/causat in ea q̄dam motus seu appetitus ad illud sic apprehensū quē cōsequitur delectatio. q̄ proprie nihil aliud ē nisi quedā voluntatis complacencia. in eo q̄ sic ipsa ratio apprehendit. Et hic motus seu appetit⁹ rōis est ille motus seu appetitus qui rationalis nominatur. de quo supra vbi de primis motibus sensualitatis actū est/fiebat a motu seu appetitu naturali ⁊ a motu seu appetitu sensitiuo. distinctō. Et licet hmōi delectatio voluntaria vt statim supra tactū est possit etiā large sumendo naturalis dici hic tñ solūmō ꝓsideratur inquantū a ratiōe q̄ vo luntatem regulare habz. iuxta q̄ ifra lati⁹ declarabitur. impatur aut consentitur. et inq̄ntū ipsa voluntas in cui⁹ libertate erat apprehensionez et motum rationis seq̄ vel non seq̄. ppter q̄ hmōi delectatio voluntaria appellat. ad ipsā etiā mouetur et inclinatur. quia sub ista cōsideratiōe et nō alias venit hic de hmōi delectatione. an scz peccatum sit et quod inuestigandum. Nunc igit ad ꝓpositi cepti declarationem accedēdo/huius modi rationis apprehensio. et exinde. delectatio volūtaria cōsequens aut est debite regulata debitecq̄ mensurata. vt scz sit in rem licitam et quātum dz. et qūo debet. vt exēplificari posset de delectatione etiam ise bonarum operationum. imo etiam ad magis materiā declarandam/in actu venereo. in legitimo tñ matrimonio/ ⁊ cū debita circūstantijs. vel delectatiōe cibi ⁊ pot⁹ ⁊ hmōi. etiam post apprehensionē rōnis cōtingentibus. ⁊ talis delectatio nō est peccatum. Nec em̄ possibile esset aliquē humanitus. sine aliqua sensibili ⁊ cor

porali delectatione viuere. ¶ Aut hmõi delectatio voluntaria sic rationis apprehensionẽ consequens/nõ est debite regulata ⁊ moderata. imo ẽ fectiua ⁊ inordinata. vtputa quia est in rem illicitam. vel quia debitã mensurã aut debitũ moduꝫ excedit. quod ex vitio fomite mouẽte ꝓcedit. ꝓpter quod ⁊ vitiosa dicit. Et hoc iterũ contingere põt dupliciter ¶ Aut eñ illa rationis apprehẽsio ⁊ ex hinc delectatio voluntaria ex ipa consequens est ⁊ fertur circa aliquid quod ex suo genere solum est pctñ veniale. ⁊ tunc siue ratio superior vere vel interptatiue (iuxta quod infra latiꝰ declarabit) consentiat. siue nõ. hmõi delectatio ẽ se nõ est nisi veniale pctñ. vt esset in verbo ocioso. vel risu superfluo. ⁊ hmõi. Notanter dicit de se qꝛ ex circũstantijs posset effici mortale. vtputa ꝓpter nimiã libidinem aut contemptũ. aut quia cũ intentione in aliquod aliud quod de suo genere esset pctñ mortale. put supra in pluribus locis. maxime vbi mentio facta est qũo peccatum veniale possit mortale effici. satis declaratũ ẽ. ¶ Aut illa rõnis apprehẽsio/⁊ ex hinc ipsam consequens delectatio est ⁊ ferꝛ circa id quod de suo genere est mortale peccatum. Et hic magis aduertendũ venit. Tum qꝛ de hmõi delectatione maiꝛ ẽ difficultas/qũo ⁊ quod peccatum sit. Tum qꝛ circa eam maiꝛ ẽ diuersitas positionũ doctoꝝ. qui tñ licet in suis modis ponendi diuersi videanꝛ. effectualiter coincidunt. Est igit circa hoc distinctio aliquoꝝ bene cõmunis. Quia si hmõi delectatõ nõ est morosa. tunc nõ est nisi veniale peccatum. Si vo morosa fuerit: est peccatũ mortale. Intel/ligentes vt dicunt de mora cõsensus in delectationem ⁊ nõ de mora tempis. Notãter dicit in delectationẽ. quia de consensu in actũ/nullum esset dubium. ¶ Sed istud latiori indiget declaratione. Tum quia iste modꝰ ponendi innuere videt esse aliquã delectationem morosam mora temporis. que nõ est morosa mora consensus. De q̃ tñ/an sit peccatũ ⁊ quod: nõ satis videt exprimere. Tum quia sic simpliciter dicere consensum in delectationem esse peccatũ mortale. nõ est vsq; qua q; verũ. eteñ (vt infra videbit) est consensum in delectationẽ sub aliqua qualitate repire. qõ non erit nisi peccatũ veniale. ¶ Et ideo ꝓ ipsa declaratione q̃tum ad pẽsentem tractatũ sufficit facienda. est aduertendũ q; iuxta positiõis supra dicte effectũ. positionẽq; cõmuniorẽq; huiusmodi delectatio que sic circa id qõ de suo genere peccatũ mortale existit ẽ ⁊ ferꝛ/in triplici differẽtia repit. Una quidem nõ morosa. nec mora tpis. nec mora consensus. Alia morosa/mora tempis/ sed nõ mora cõsensus. Et alia morosa mora consensus/ quod tamẽ intelligendũ venit de cõsensu deliberato. ¶ Est insup aduertendũ q; cõmuniter peroñes doctores peccatum delectationis põcipue morosũ/rationi attribuit ⁊ in ea dicit esse. Tum eñ (vt sepe supra dictũ est) ratio sit directiua humanoꝝ actuũ/⁊ nõ solum exterioꝝ. sed etiã interioꝝ passionum. quotiẽscũq; ratio/in illarũ interioꝝ passionum directione deficit/merito dicitur peccatũ in ipsa ratiõe (in q̃tũ earũ directiua) esse sicut etiam quãdo deficit in directione exterioꝝ actuũ. Cum igit (vt etiã supra tactum est) delectatio sit quedã anime passio. ⁊ ꝓ cõsequens eius directio ⁊ regulatio/ad eius rõnem ptineat ⁊ sit circa ipam delectationem. nõ posset ꝓprie in directio cõtingere/q̃n ex defectu rationis procedat. clarũ est oñem indirectionẽ que circa delectationem cõtingit/rõni debere imputari. Et hic dicit peccatũ delectationis in rõne esse. imo ãplius. cum delectatio licet sit in vi appetitiua tanq; in primo ⁊ primo principio. sit nihilomin' etiaꝫ in ratione tanq; in principio motiuo. habeatq; ipa ratio (vt iam in effectu tactũ est) nõ solum directionem circa seipsam. sed etiam circa oñia obiecta inferioꝝ anime virtũ/que ꝓ eam dirigi possunt. consequẽs est. indirectionẽ ⁊ irregulationẽ. q̃ circa delectationẽ contingit. cum nõ nisi ratiõis consensu vel defectu contingere possit. debere ipi rationi imputari sicq; peccatum delectatõnis in ea esse. ¶ Est ilsup ad maiꝛ ẽ sup ꝓpositi cepti declarationem aduertendũ. q; licet ꝓprie loquẽdo/ peccatum delectationis põcipue morose/que (iuxta supra tacta) dicit ipse consensus in delectationẽ possit etiã ad rationẽ superiorem dici ptinere. Tũ primo quia vt in superioribus satis tactum est/licꝫ ipa ratio superioꝝ ⁊ inferioꝝ fm rõnem suarũ opationum ⁊ officioꝝ diuersificentur. sunt tñ idẽ in re ⁊ essentia ⁊ sic vix possibile sit/rationem ipsam inferiorem circa aliquid ⁊ gratia materie de qua sermo. circa delectationes concurrere. quin etiam ipsa ratio superioꝝ effectualiter ꝛcurrat. Tũ secundo. quia ipsa ratio superioꝝ/que regulis legis diuine ⁊ eterne que superioꝝ ẽ innitit/regulare habet ipam rationẽ inferiorẽ. que solum regulis legis humane que inferioꝝ est intendit. Et ideo vt est possibile/ipsam rationẽ inferiorẽ circa indirectionem delectationis deficere q̃n vere ſcz imperando. vel interptatiue ſcz reprimere negligẽdo/ ipa ratio superioꝝ consentire dicat. Tum tertio qꝛ nihil est de quo ratio inferioꝝ que (vt tactum est) regulis legis inferiorꝭ intendit/iudicare possit. de quo nõ etiam ipsa ratio superioꝝ que regulis legis superiorꝭ/⁊ ad quã leges alie reduci habẽt innititur/iudicare etiam valeat. Quicquid eñ (vt communit dicitur) iudicio rationis inferiori subiacitur. subditur etiam iudicio superioris ⁊ non econtra. Et hinc (vt iam tactum ẽ) ipe cõsensus in delectationem si facta inquisitione circa ipsum per leges diuinas ⁊ eternas homo in eo pseuerauerit/ ad ipsam rationem superiorem dici possit ptinere. Tum ꝓprie delectatio ipsa in ipsam q; delectationem consensus/solũ rationi inferiori attribuit.

Consensus vo in actū seu actus executionem/ ip si supiori rōni. Et ratio est quia rationi superiori (vt magis infra declarabit) ppter supmitatem legis cui innitit/reseruat iudicium finale z supre mū de eo qđ in actibus humanis vltimū occur/ rit.quale est ipse actus seu ipsius actus executio vlterior pgressus. Ipi vero rōni inferiori q̄ non intendit nisi circa legem inferiorē cōuenit etiā iu dicium.sed nō finale.imo solū quoddā pambulū respectu aliquorū que ad ipm actum seu ipsius actus executionē ordinant.quales sunt ipa delectatio.z in ipsam delectationē consensus. Et ido ipsi rationi inferiori attribuunt z nō supiori. Etiam ppie delectatio z cōsensus in delectationem nō sunt actus diuersi fm genus.qui diuersitatez potentie exigant.sed differunt solum p deliberatum z nō deliberatū sicq̄ nō est incōueniēs vtrū q̄s rationi inferiori attribui. Et insup aduertēdum q̄ magna respectu terrenorū seu humanorū actuū/est inter motus supiorис rōnis z motū inferiorис rōnis z ex hinc volūtatis/varietas. Ap ptehēsio nāq̄ inferioris rōnis que(vt sepe dictū est)de se z p se ipsis actibus z negocijs humanis disponēdis z regulandis intēdit dupliciter se habere pōt.z fm hoc etiā dupliciter potest eaz motus volūtatis sequi. Uno modo simpliciter z absolute. Cum scz ipa ratio subito aliquid apprehēdit.z extinde statum/sine aliqua discussione/illud sic p eam apprehēsum/tanq̄ bonū vel malum cōueniens vel nociuū.delectabile vel nō delectabile z hmōi/dijudicat. Si igit talem subitā ratiōis apprehensionē/indiscussamq̄ dijudicationē/vo luntas in vnū vel aliud se inclinando sequat/tūc dicit voluntas nō deliberata.z motus seu appetitus nō deliberatus. Alio modo inquisitiue. cū scz ipa ratio/postq̄ aliquid sic vt pfert apprehendit de illo sic p eam apprehenso/an vt tactum est bonū vel malum.cōueniēs vel nociuū. delectabile vel nō delectabile existat/ratiocinādo inuestigat.tunc si talem apprehensionē z inuestigationē voluntas sequatur.dicit voluntas deliberata et motus seu appetitus deliberatus. Rationē vero supiorem.quia vt etiam supra tactū est actibus z negocijs terrenis z humanis de se z p se ipsis z nunq̄ in obiecta inferiorum aie virium que p ipam etiā dirigi habēt ferē.nisi soluz in q̄tū de ipsis rōnes diuinas z eternas consulit. quod clarū est fieri nō posse:nisi p modum inuestigationis z deliberationis.nunq̄ respectu ipo rum actuū z negociorū terrenorū z humanorum sequit motus aliquis nisi deliberatus. Et notāter dicit hic dum de ipsa rōne supiori fit mentio/respectu obiectorū inferiorū anime virium/ac negociorum terrenorū z humanorū.|Naz respectu sui ppij obiecti/aliquādo bñ habet subitū z inordinatū motū.qđ nō est pñtis speculationis declarare. Quia etiam sepe qđ in supioribus dictum est.in subsequentibus forsan repeti continget/rationē ipam ad aliquid moueri z se applicare vel consentire.quod tñ ppriū videt esse volūtatis:est aduertendū.q̄ cum ipsa ratio(vt supra tactum ē)sit virtus nō solum cognitiua.z sic deliberatiua.verū etiaz motiua.impare est ei⁹ actus nō tñ absolute.sed presuppositio actu ipsius voluntatis p modū cuiusdā motionis. Nec em cuz iuxta supius tacte diuidit ratio in supiorem portionem z inferiorem.accipit ratio prout distinguitur cōtra voluntatem.sed p tota parte anime intellectiua.que intellectum z voluntatem comprehendit. Imo amplius.isti duo actus. scz ratiōis z voluntatis(quod bene notandū est)se inuicem puenire ac sup se inuicem ferri possunt.frequent q̄ pueniunt z ferunt. Aliq̄n etem ipa ratio ꝺ volendo ratiocinat z deliberat.z ipsa etiam voluntas/aliquando de ratiocinando volitionē habet seu ratiocinari vult. Aliquādo etiā cōtingit motum voluntatis a motu rationis pueniri z moueri.z tunc motus ille voluntatis/dicit motus rationalis.z ecōuerso etiam motū rationis a motu voluntatis pueniri z moueri. Et tunc motus ille rationis/dicit motus voluntarius. Ideoq̄ aūt sic in istis casibus dicunt seu apellant isti mot⁹ quia semp virtus priozis actus seu motus/remanet in actu seu motu sequenti. Et fm hoc in ratione inuenit peccatū.vel put eius defectus est voluntarius.vel put actus eius est pncipium actus voluntatis. Impare tamē est essentialiter actus ipsius rōnis.iuxta quod supra tactuz est. Dupliciter aūt hmōi imperādi actum ipa ratio exercere potest z solet. Uno modo absolute p modum cuiusdam intimationis seu denunciationis.z q̄si per verbum indicatiui modi.vtputa tale q̄d faciendum est vel non faciendum.bonum est tale q̄d facere vel nō facere z hmōi. Alio modo p modū cuiusdam motionis seu incitationis.z quasi p verbum impatiui modi.vtputa fac hoc vel non fac hoc. Et licet vt iam in supioribus aliqualiter tactum est ipsa ratio in ipsis actibus humanis seu passionibus interioribus p huiusmodi moduz directionis.intimationis vel incitationis/sit imperans z pmum mouens.ipsa tamē voluntas q̄ ad exercitium z executionem actus/est primum mouens in viribus anime. Ex sic pnotatorum seu psuppositorum effectu/colligi potest :q̄ circa hmōi delectationū de quibus hic agit que. s.circa illud sunt quod ex suo genere,peccatū mortale existit directionē ipsa ratio interduz supior. interdum inferior.z consecutiue ad eam ipsa volūtas seu voluntatis motus.sex modis seu sub sex qualitatibus habere potest. Uno modo vt abūciens seu recusans. Alio mō vt preceps vel subi-

ta. Alio modo vt reprimens. Alio modo vt inadvertens. Alio modo vt negligens. Et alio modo vt expresse consentiens. Qui sex modi seu sex q̄litates/applicari possunt: imo effectualiter correspondent/tam principali distinctioni trimembri superius ad hoc propositum posite. q̄ etiam' aliquibus positionibus ⁊ distinctionibus bene cōmunibus nonnullorū doctorum in hac materia loquentium. Ex quorū omnium ad inuicem applicatione ⁊ declaratione. sufficiens q̄tum ad p̄sentem tractatum spectat/resultabit ipsius materie declaratio ⁊ intellectus. Nunc igitur ad ppositum. cuz sensualitas/illecebra. id ē. carnali ⁊ voluptuosa delectatione/rationem inferiorem tangere ⁊ pulsare incipit. seu (quod idem est) illecebra in appetitu sensitiuo vel prout iterdum iuxta quod in supioribus monstratum est contingere potest in appetitu intellectiuo insurgere incipit.

Vt abiciens seu recusans.

Aut ratio ipsa inferior/stati q̄ huius modi sic insurgentem illecebram seu carnalem et voluptuosam delectationem percipit ⁊ agnoscit eam ex consideratione ⁊ applicatione ad legē seu regulam humanam. vtputa quod est contra virtutem moralem. ⁊ sic vitiosa vel inhonesta. vel huiusmodi omnino a se abiicit ⁊ repellit. vel forsan vtraq̄ ratio cōcurrenter scz inferior ex ipsa. (vt statim tactum est) consideratione ⁊ applicatione ad legem ⁊ regulam diuinam ⁊ eternam. quod concurrenter fieri potest/omnino abiiciunt ⁊ repellunt. Et tunc in vtroq̄ istorum duorum casuum/dicit ratio/primo sex modorum supra tactorum seu sub prima qualitate se habere. scz vt abiciens seu recusans. Qui modus seu qualitas se habendi: cōmunius ipi rationi inferiori attribuitur. q̄ istud cōmunius ipa ratio iferior ex seipsa facit. Et tūc nullum est in ratione peccatum. Imo nec tunc' p prie dici debet delectatio. sed potius quedam delectationis oblatio. ⁊ quedā passio seu pena peccati originalis. Et si peccatum aliquod existat. hō solum est in primo motu sensualitatis. de q̄ satis in supioribꝫ actum ⁊ declaratum ē.

Vt preceps vel subita.

Aut hmōi sic insurgentis illecebre seu carnalis ⁊ voluptuose delectationis apprehensionē sequitur quidam preceps ⁊ subitus ⁊ ante quācūq̄ prehabitam deliberationem ipsius ratiōis inferioris in ipsam illecebram seu carnalem delectationem consensus. ex ipsius rationis ppr̄ vitium fomitis corruptione/proueniens. quo casu ppie surreptio fieri dicitur ⁊ appellatur. Et tūc ratio/dicitur secundo sex modorum supra tactorum seu sub secunda qualitate se habere. scz vt p
ceps vel subita. qui modus seu qualitas se habe
di (vt clarum est) soli rationi inferiori attribuen
dus est. Correspondetq̄ iste modus seu ista qua
litas primo membro p̄ncipalis distinctionis tri
membris superius ad hoc propositū posite. Nā
talis illecebra seu carnalis delectatō/sic i se ⁊ p̄m
se considerata/nō est morosa. nec mora temporis
nec mora consensus. Estq̄ tunc peccatū solū ve
niale. Q̄ autem primo talis illecebra seu carna
lis delectatio sit non morosa mora temporis/ap
paret/ppter subitam ⁊ precipitem ⁊ sic minima
predicti consensus ipsius rationis inferioris du
rationem in eam. Nam si circa eam/ratio ipsa in
ferior vltra predictum suum subitum ⁊ precipit
consensum. vel ipsa forsan ratio superior aliter se
haberet. vtputa vel magis immorando/vel ex
pressius consentiendo. iam tunc/ex isto modo scu
ista secunda qualitate recederetur/⁊ ad aliquem
aliorum quattuor modorum seu aliarum quatu
or qualitatum transiretur. vt statim infra decla
rabitur. Et ideo hic notanter additum est. sic in
se ⁊ p̄m se considerata. Q̄ etiam talis illecebra
seu carnalis delectatio sit non morosa mora con
sensus (capiendo tamē cōsensum prout iuxta du
as distinctiones superius in hac materia positas
⁊ maxime iuxta primam capitur ⁊ capi debet. cū
dicitur consensus in delectationem peccatū mo
tale esse. scz pro consensu deliberato) apparet/re
spectu etiam vtriusq̄ rationis. Et p̄mo respe
ctu inferioris. ppter talis sui cōsensus subitatē
⁊ precipitationē. quibus ipa ratio inferior a re
currendo ad ppr̄ium suum actum qui est delibe
rare ⁊ ratiocinari. ⁊ sic a debite in se circa talē sic
insurgentem illecebram seu carnalem delectatio
nem deliberando legesq̄ ⁊ regulas humanas q̄
bus innitit consulendo impeditur. Et sic proprie
consentire saltem deliberate consentire/ dici non
debet. Imo q̄ talis subitus motus seu talis q̄li
tas se habendi ipsius rationis inferioris/consen
sus dicatur ⁊ appelletur: hoc est valde improprie
⁊ imperfecte. ⁊ valde large. Sed ideo ita dicatur
quia cum ipa ratio (vt sepe tactum ē) sit virtus co
gnitiua ⁊ sit deliberatiua. vix est possibile/ipsam
rationē inferiorem sic circa talem illecebram seu
carnalem delectationem quātācūq̄ subito ⁊ pre
cipitanter cōmoueri ⁊ se applicare. quin aliqualiter (vt adhuc magis infra declarabitur) diiudi
cet. ppter ipam diiudicationem quodammodo
consentire dicatur. licz impropie ⁊ imperfecte.
vt supra declaratum est. Et ppter istud dum vt
prefertur in supioribus de consensu in delectati
onem. prout hic intelligitur peccatum mortale ce
notanter ⁊ expresse ad differentiam istius subiti
⁊ precipiti rationis inferioris consensus. additū
ē illud verbum deliberato. Quod etiam secū

dotalis illecebza seu carnalis delectatio/non mo
rosa fit moza consensus/respectu ipsius rationis
supiozis patet.quia cum ipsa ratio inferioz/ p ea
que iam dicta sunt:dicatur a recurrendo ad suuz
pzopzium actum qui est deliberare ꝛ ratiocinari
ꝛ sit a debite in se circa talem sic insurgentem ille
cebzam seu carnalem delectationem deliberan=
do.legesq; ꝛ reglas humanas quibus innititur
consuleudo per talem sui dicti consensus subiti=
tatem ꝛ pcipitationem impedita.a foztioz ꝛ per
amplius a recurrendo ad iudicium rationis su=
periozis impedita.dici ꝛ reputari debet.ꝛ ex cō=
sequenti etiam ipsa ratio supioz que ab inferiozi
ratione consulta non fuit similiter debite circa ta
lem sic insurgentem illecebzam seu carnalem de=
lectationem deliberandi.ad legesq; ꝛ reglas eter
nas quibus innititur ꝛ que altiozes sunt/recurrē
di tempus ꝛ occasionem seu motuum non habu=
isse dici ꝛ reputari debet.¶ Et sic ipsa ratio supioz/
nullo modo nec vere nec interpzatiue consentiēs
dici ꝛ reputari debet.

B ¶ Vt reprimens

Aut huiusmodi illecebzam seu carnalem ꝛ volu=
ptuosam delectationem sic insurgentem ipsamq;
rationem inferiozem pulsare/ꝛ iam forsan attra=
here incipientem/ratio superioz ex se:ex conside
ratione legis seu regule eterne/ vtputa pzecepti di
uini vel offense dei/statim reprimit.ꝛ tunc dicit
ratio/tertio sex modozum supza tactozuz seu sub
tertia qualitate se habere.scilicz vt reprimens.q̄
modus seu qualitas se habendi/ipsi soli rationi
superioz/ attribuendus est.¶ Cozrespondetq; eti/
am iste modus seu ista qualitas/primo membzo
ipsius principalis distinctionis trimembzis supe
rius ad hoc ppositum posite.¶ Nam tunc talis il=
lecebza seu carnalis delectatio/nō est mozosa.nec
moza tempozis.nec moza consensus.¶ Est etiā so=
lum peccatum veniale.¶ Qz aūt talis illebza seu
carnalis delectatio/non sit mozosa moza tempo=
ris.patet de se ex dictis.quia statim a ratione su=
pezioze reprimitur.¶ Qz autē non sit mozosa mo
ra consensus/capiendo tamē consensum ,put sta=
tim supza tactum est.pzo consensu scilicet delibe=
rato.ꝛ qui in hac materia mortale peccatum| dici
tur.patet quia licet ratio ipsa inferioz/a tali sic in
surgente illecebza seu carnali delectatione pulsa=
ta fuerit.ꝛ forsan vt contingere potest/eam quo=
dammodo acceptauerit ꝛ retinuerit.nec resistere
de se.se disposuerit.¶ Et ppterea quidam imper=
fectus ꝛ indeliberatus eius consensus interueni
se dici potest/propter quod peccatum est venia/
le.attamē quia regulationi superiozis ratiōis sic
(vt tactum est) talem|insurgentem illecebzam seu
carnalem delectationem statim reprimentis illi=
co obedit.secq; ab ea regulari pmittit.non dicitur
ppzie ꝛ deliberate cōsentire.¶ Etem ratio inferioz
interdum statim ꝛ immediate nō recurrendo scz
p tunc ad leges ꝛ regulas humanas quibus in=
nititur/potest a legibus seu regulis diuinis ꝛ eter
nis regulari ꝛ cōneri.¶ Quia ꝛ si eis pncipaliter ꝛ
vt regulans nō intendat.p directum tn ꝛ vt fm
eas regulata intēdere pōt ꝛ sepe intēdit.

Vt expresse consenti

ens ¶ Aut huiusmodi sic insurgentem illecebzā
seu carnalem ꝛ voluptuosam delectationez post
ipsius ratiōis apzehensionē/ipa ratio supioz nō
solum nō reprimit.imo in eam expzesse consentit
Et tūc dicit ratio vltimo sex modozū supza tacto
rum seu|sub vltima qualitate se habere.s.vt expz
se consentiens.¶ Qui modus seu qualitas se habē
di/ vtricq; rōni diuersis tamē respectib⁹ vt ex sta/
tim sequentibus apparebit attribuend⁹ est.¶ Incq;
tum etem exinde causat peccatū mortale.impu=
tari ꝛ attribui debet rationi supiozi ¶ Incq;tū vero
iuxta materiam pzsentem cōsensus in delectatio=
nem dicit.debet rōni inferiozi attribui ¶ Cozrespō
detq; iste modus seu ista qualitas tertō membzo
ipsi⁹ pncipalis distinctionis trimembzis supius ad
hoc ppositum posite.¶ Naz tūc talis illecebza seu
carnalis delectatio/q̄tūcūq; modicū teneat/ sic=
q; forsan nō mozosa sit moza tempis/ est mozo sā
moza cōsensus.¶ Estq; tunc peccatū mortale etiā
si desit plena voluntas pficiendi actum.imo vbi
forsan expzessa volūtas nō pficiēdi adesset.¶ Pa
xime si ferat ille cōsensus in ipam illecebzam seu
carnalem delectationem/tanq; in rem aut opati/
onem seu actū sup quo vel circa quē/illa illecebzā
seu carnalis delectatio sic insurgit ꝛ versat.et q̄
talis illecebze seu carnalis delectatio eēt pncipa=
le obiectum,inxta quod|modicū infra/magis de=
clarabit.¶ Nam tūc pmo est verus ꝛ expssus rati
onis|supioris in ipam illecebzam seu carnalē de=
lectationem cōsensus qui semp in talib⁹ delecta /
tiōibus que circa ea sunt.que ex suo genere moz=
talia existunt.iuxta tamē modificationē statiz ta=
ctam est peccatum mortale.¶ Nam semp in talib⁹
ꝛ circa talia.delectatio mozosa.moza talis cōsen=
sus tale peccatū est qualis eēt ipe realis actus.
¶ Quia tunc ratio supioz sic expsse in talem illece/
bzam seu carnalē delectationem que ē in creatu /
ra pzsentiēdo/se a vera delectatiōe que ē in ōo cir=
ca quā solum intēdere deberet sciēter auertit.qō
sine contemptu facere nō pōt.cum nunq; expzes
se(vt in supiozibus monstratū est)in aliquid cir
ca tales res carnales ꝛ terrenas cōsentire possit.
consentireq; dicatur/nisi deliberata.¶ Deliberata
autem facere non potest.quin leges ꝛ regulas di
uinas ꝛ eternas quibus innititur/consuleret vel
consulere omiserit ꝛ neglexerit.¶ Et sic vere vel in
terpzetatiue contempserit.¶ Et etiam tunc in talez

illecebram seu carnalem delectationem ipsi⁹ rationis inferioris consensus expressus. quia in talibus carnalibus ⁊ terrenis p ipam rationem inferiorem apprehensis. ⁊ circa que se applicat nunc ratio supior que vt supra dictum est: de se ⁊ ex se circa talia nō intendit ꝓprie consentire dicit. nec consentire pōt: nisi ipa etiaz ratione inferiori realiter deliberata ⁊ consentiente. Sed bñ ecōtra cō tingere pōt. Imo ꝓprie loquēdo talis expressus ipsius rationis supioris in talem illecebrā seu carnalem delectationem cōsensus/nihil aliud est/ q ipa ratio supior. dictam rationē inferiorem in hmōi illecebram seu carnalem delectacionē delectari ac ipsam/ab ea nō reꝑmere seu retrahere. ac cum ea in tali delectatione concurrere vere ⁊ expresse deliberata consentiat. Et hinc ē q licet interdum ꝓ ut iam in supioribus tactū est/ipsa ratio supior in illecebram seu carnalem delectatio/nem vere ⁊ expresse seu interpretatiue consentiat tunc talis illecebre seu carnalis delectationis/que tunc vere/mora consensus morosa est morosa dicit peccatum possit ad ipsam rationem superiorem dici ptinere. quia tñ ipa supior non ꝓprie ex se nec ad se hoc facit. illud etiam nō nisi ipa similiter ratione inferiori deliberata ⁊ cōsentiente ꝓprie facere possit. hinc est q peccatū morose delectationis/cōmuniter ⁊ ꝓprie dicit ad rationem inferiorem ptinere. ꝓut ample in superioribus declaratum est. Et hic est talis ꝓprius ⁊ deliberatus ꝙsensus. de quali taz iuxta sepe dictas duas distinctiones in supioribus positas: q etiam cōmuniter intelligit dū dr ꝙsensus in delectationem. pctm̄ mortale esse.

¶ Vt negligens

Aut hmōi sic insurgentem illecebram seu carnalem ⁊ voluptuosam delectationem post ipsi⁹ rationis apprehensionē/ipsa ratio supior non reꝑmit. sed nō etiam expresse in eam consentit. Et respectu istius casus potest se ratio duplici modo seu sub duplici qualitate habere. Uno modo seu sub vna qualitate qua talem illecebram seu carnalem delectationē quā sic ratio supior nec reꝑmit. nec etiam in eam expresse cōsentit/ratio inferior post sufficientē deliberationē debitā q adaduersionem ꝑiculi ⁊ peccati quod exinde imminet ⁊ incumbit/retinet ⁊ circa eam immorat. nec eam ipa ratio supior ex diuine ⁊ eterne legis ⁊ regule consideratione est diligens reꝑmere. Et tūc dicitur ratio quinto sex modorum supra tactorum seu sub quinta qualitate se habere. s. vt negligēs. Qui modus seu qualitas se habēdi/licet q plurimum ⁊ p̄ncipalius (vt ex statim sequētibus apparebit) rationis inferioris in eo cōsensus occurrat ⁊ opetur attribuendus est supiori rationi. ꝙa p istum modum seu per istam qualitatem se habendi rationis supioris/causatur peccatum mortale. quod alias non esset. Ad quod respondet q enam iste modus seu ista qualitas tertio mēbro principalis distinctionis trimēbris superius ad hoc ꝓpositum posite. Nam tunc talis illecebra seu carnalis delectatio quātūcūq modicū forsan vt in simili supra dictum est teneat sicq nō morosa sit morosa tempis/est morosa mora consensus. Istaq tunc (vt iam dictum est) peccatum mortale etiaz si desit plena voluntas pficiendi actum. imo ꝓut supra in simili dictum est. vbi forsan expressa voluntas non pficiendi adesset maxime si vt ibi etiam dictum est/talis retentio ipsi⁹ illecebre seu carnalis delectationis in ipsa ratiōe inferiori/et negligentia reꝑmendi in ipsa ratione superiori esset tanq in rem aut opationem seu actum/ quo vel circa quem ipsa illecebra seu carnalis delectatio insurgit ⁊ versat. ⁊ talis illecebre seu carnalis delectationis esset ꝓncipale obiectum iuxta quod modicum infra magis declarabitur. Tunc eiñ est vtriusq rationis in talem illecebrā seu carnalem delectationem consensus/scz expressus ipsius rationis inferioris. quod patz de le ex dictis/ipsi⁹ etiā rationis supioris. licz nō verus expressus. interpretatiuus tamē ⁊ equiualens. attenta tali deliberatione piculi q ⁊ peccati aduertentia seu animaduersione. quia qui auisatus et deliberatus ꝓhibere potest ⁊ non prohibet/ consentire videt. Qui quidem consensus interpretatiuus ⁊ equiualens ipsius rationis superioris quādo est circa ea vel sup eis que de suo genere peccata mortalia existunt/est semper peccatum mortale. quia licet tunc nō sit expressus dei ꝓtemptiuus: factiuus. seu actiuus ⁊ positiuus. est tamen interꝑtatiuus. ꝓmissiuus. ⁊ equiualens. ꝓmittens/scz post talem sufficientem deliberationem. talem q aduertentiā seu animaduersionem. piculi ⁊ peccati ⁊c. teneri a ratione inferiori/illaq statim respui aut reꝑmi debuerant. Etcñ ratio superior/quotiēs nō dirigit seu cohibet aliquem actum. vel aliquam passionem interiorem alicui⁹ peccati mortalis. ⁊ hoc post sufficientem deliberationem ⁊ aduertentiam talis piculi/talis q peccati quod sic imminet ⁊ incūbit. huc tūc de lege seu regula diuina/⁊ eterna actu cogitet siue non dicit cōsentire ⁊ contemnere. sed diuersimode. Nam cū de ipsa lege seu regula diuina ⁊ eterna actu cogitat. tunc vere ⁊ realiter contemnere dicitur. vereq ⁊ realiter contemnit. Cum ꝓ de ipa lege seu regula diuina ⁊ eterna actu non cogitat. quia hoc non nisi ex sua negligentia ⁊ omissione ꝓuenire potest. cum de ea in tali casu cogitare deberet. per omissionem ⁊ negligentiam ꝙ ptemnere. cum talis omissio ⁊ negligentia in ipsa ratione supiori post sufficientem deliberationem/nullo modo/sine vero ⁊ effectuali contemptu. licz in

terpretatiuo/esse ⁊ contingere possit. ⁊ hic etiam effectiue/a interpretatiue est talis consensus de q̄ li tam iuxta sepe dictas duas distinctiones in superioribus positas. q̄ etiam communiter intelligitur dū dicitur consensus in delectationez pctm̄ mortale esse.

Ut inaduertens

Alio modo sub alia qualitate respectu istiusmet casus statim tacti/potest se ratio habere. q̄ scilicz huiusmodi sic insurgentem illecebram seu carnalem delectationem/quam sic post ipsius ratiōis apprehensionem/ipsa ratio superior nec reprimit nec etiam in eam/expresse consentit/ipa ratio inferior retineat. ⁊ circa eaz immoretur. sed hoc fit añ sufficientem deliberationem. debitamq̄ aduertētiam seu animaduersionez piculi ⁊ peccati. quod extinde immunet ⁊ incūbit. imo q̄ sic dictam illecebram seu carnalem delectationem ipa ratio/inferior retineat ⁊ circa eam immoretur facit quasi suspensa ⁊ nō bene aduertens. nec debite/ad suū pprium actum qui est deliberare ⁊ ratiocinari/recurrens. seq̄ leuando leges seu regulas humanas quibus innititur consulens. vel si forsan ad dictum suum proprium actum recurrerit. seq̄ leuando seu regulas humanas consulerit/non tamen plene naturam ⁊ grauedinem ipsius pericli ⁊ peccati ex se cognoscit ⁊ aduertit. Exteniz (iqō est) ratio ipsa inferior/bene potest circa talem illecebram seu carnalem delectationem: sicut ⁊ circa alias interioris anime passiones/quādoq̄ vsari ⁊ minorari. considerando ⁊ ratiocinando in se/q̄ tale quid accōmodū est vel conueniens corpori vel huiusmodi. Q ipa respectu talis illecebre seu carnalis dlectationis aut alterius interioris anime passionis/nō recurret ad suum proprium actum qui est deliberare ⁊ ratiocinari. Nec se elevabit/considerando ⁊ attendendo circa piculuz ⁊ peccatum. quod in sic illecebre seu carnalit̄ delectando. ac circa talem illecebram seu carnalem delectationem vel aliquam aliam interiorem animi passionem immorando/imminet ⁊ incumbit. Vel si forsan ad dictum suum proprium actuz recurrat/seq̄ circa dictum piculum seu peccatū cōsiderando ⁊ attendendo/leuet. non tamen ex se naturam ⁊ grauedinem ipsius periculi ⁊ peccati plene cognoscet ⁊ aduertet. Ut tunc iu isto scilicz casu dicitur/ratio quarto sex modoꝝ supra tactoꝝ seu sub quarta qualitate se habere scilicz vt inaduertens. Qui modus seu qualitas se habendi/ipsi soli rationi inferiori vt ex statim subsequentibus apparere poterit attribuendus ē. Cui respondet q̄ iste modus seu ista qualitas secundo membro principalis distinctionis trimembris super hoc ad propositum posite. Nam tunc talis illecebra seu carnalis delectatio dicitur morosa mora temporis. ⁊ non morosa mora consensus. Estq̄ tunc solum veniale peccatum. Q enim morosa sit mora tpis. patet de se ex dict. ⁊ ex natura casus qui ponitur scilicet propter immoratiōnem ipsius rationis inferioris circa eam. Nam si ipsa ratio inferior circa ipsam nō immoraretur sed eam ex se sola/aut concurrēter cum ratiōe superiori/statim a se abūceret. iam ipsa ratio/se nō isto quarto modo seu sub ista quarta qualitate. ē primo modo seu sub pma qualitate supra posita (vt satis ibi declaratum est) se haberet. Vel si a ratione superiore sola talis illecebra vel carnal̄ delectatio/statim reprimeretur. iam ipsa ratio se nō isto etiam quarto modo seu sub ista quarta qualitate. sed tertio modo seu sub ista tertia qualitate supra etiam positis (vt etiam ibi satis declaratum est) se haberet. Sed q̄ talis illecebra seu carnalis delectatio sit non morosa mora consensus: capiendo tamē consensum prout sepe supra tactum est in hac materia capi. dum scz ponit cōsensus in delectationem. peccatum mortale esse. Hoc satis etiam respectu vtriusq̄ rationis patz ex iam statim dictis. ⁊ etiam per aliqua eoꝝ que in superioribus/in declaratione secūdi modi seu secunde qualitatis se habendi ipsius ratiōis tacta sunt. Nam primo/respectu ipsius inferioris rationis. licet per talem eiusdem in dictam illecebraz seu carnalem delectationem/immorationem videatur ⁊ dici possit quidam eius improprius ⁊ imperfectus in ipsam illecebram ⁊ cetera interuenire consensus propter quem est peccatum veniale non tamen debet talis consensus proprius perfectus ac deliberat⁹ dici aut reputari. quia vt ex iaz dictis apparet/añ sufficientē deliberationē debitamq̄ piculi ⁊ pcti adūtētiā seu aiadūsionē. ⁊ sic añq̄ (vt iā dictū ē) ipa rō inferior ad suū ppr̄ium actū q̄ ē deliberare ⁊ rōcinari debite recurrēt/legesq̄ seu regl̄as hūanas q̄b⁹ innitit̄ ꝓsuleret. vel forsan añq̄ naturā ⁊ grauedinē ipi⁹ piculi ⁊ pcti plene cognoscēt ⁊ aduēteret. talis ei⁹ imoratio talisq̄ iproprii⁹ ⁊ ipfect⁹ ꝓsensus ꝓtigit. q̄ oia tñ dictam ipi⁹ rōnis inferioris imorationē dictū q̄ iproprīū ⁊ impfectū p̄cedē debuissent. ⁊ oīno necessaria sunt anteq̄ talis ei⁹ imoratio talisq̄ cōsensus dici possit diciq̄ debeat ver⁹ ⁊ pfect⁹ esse. extinde pctm̄ mortale cōtingere posse. Nec etiā in isto casu respectu ipsi⁹ superioris rōnis debet talis illecebra seu delectatio morosa/mora cōsensus reputari. Quia vt sepe in silī supra tactū ē. ex q̄ ipa rō inferior q̄ sic circa talem illecebrā seu carnalē delectationem immoretur/facit quasi suspensa ⁊ nō bñ aduertens nec debite ante talē imorationez ad suum ppr̄ium actū qui ē deliberare rōcinari. recurrens seq̄ piculum seu pctm̄ qō iminebat ⁊ incumbebat considerando ⁊ attendendo. legesq̄

seu regulas humanas quibus innititur consulē-
do eleuans a minori debet dici ad iudicium supe
rioris rationis que altior ⁊ sublimior est eam scz
consulendo recurrisse ⁊ se eleuasse. Et sic non mi
rum si ipa ratio supior/que de se ⁊ per se circa ta
les actus carnales ⁊ terrenos nō intendit/nec se
semp ex seipsa circa eas leges seu regłas diuinas
⁊ eternas consulendo applicat. quasi suspensa/et
non bene aduertens ⁊ sic indeliberata ⁊ p conse-
quens nec vere nec interp̄tatiue consentiens de-
bet in hoc casu dici ⁊ reputari. Etiam vt iam ta-
ctum est natura istius quarti modi seu istius q̄r/
te qualitatis se habendi rationis/vt videre clarū
est/hoc de se habet ⁊ importat. cum exp̄resse im/
portet rationem inferiorē circa talem illecebram
seu carnalem delectationē ante sufficientem deli-
berationem debitā q̄ aduertentiam seu animiad
uersionem periculi ⁊ peccati quod exinde immi-
net ⁊ incūbit/immoratā esse. Nam si poneret ip-
sa ratio inferior sic post sufficientem deliberatio-
nem/debitā q̄ aduertenciam piculi peccati imo-
rata fuisse. iam vt in simili statim tactum est: non
iste quartus mod⁹ seu ista quarta qualitas se ha
bendi ipsius rōnis esset. sed vnus duorū modo/
rum seu qualitatum immediate explicatoruz. scz
vel sextus vel quintus. Et intelligaⁿ hec om
nia hic statim supra p̄dictorum sex modorū sex
qualitatum se circa delectationem habendi ipsi⁹
rationis tractata p̄ncipaliter de consensu in dele
ctationem cogitationis. id ē. que habet cogitan-
do. Nam talis cōsensus (vt sepe supra tactū est)
principaliter ad rationem inferiorē pertinet sicut
ad ipam ptinet cogitare. id ē. actus ipse cogitati
onis. ⁊ etiam ad ipm quod est cogitare vel nō co
gitare inquātum accipit vt ad illam actionem or
dinatur. Quod notanter dicitur. Nam est quē-
dam alium consensum in delectationē reperire.
scz in delectationem actus seu opis. maxime duz
ille actus seu illud opus est in fieri. qui consensus
in talem delectationem sicut ⁊ ipe consensus in il
lum actū seu op⁹/ad solā rōnē supiorē spectat et
nō ad inferiorem.

Utrum consensus in

delectationē sit semp pctm̄ ⁊ quod.

Quia in supius tractati ⁊ specialit̄ mo-
dicum supra/in declaratione sex mo-
dorum seu sex qualitatum/se circa de-
lectationem habendi ipsius rationis/
sepe de consensu in delectationem facta est men-
tio/interdum q̄ tactum quomodo consensus etiā
verus ⁊ deliberatus. ⁊ etiam ipsius rationis su-
perioris in delectationē/non semp est peccatum
mortale. Pro hui⁹ necnon aliquorum ex prece-
dentibus maiori declaratione. quinq̄ rememo-
randa ⁊ aduertenda veniunt. Primum q̄ om
nis delectatio habet aliquid ꝓprium ⁊ p̄ncipale
obiectum/circa quod fert̄ ⁊ versat̄. Nec em̄ alit̄
vt clarum est possit delectatio causari ⁊ haberi.
si nō circa aliquid p̄ncipaliter ferrētur ⁊ versa-
retur. Secōm quod etiam iuxta dictū philoso-
phi/omis delectatio siue sit in appetitu sensitiuo.
siue in appetitu intellectiuo. siue (vt modicum su-
pra tactum est) sit in cogitatione solū. siue in actu
seu executione actus/aliquā opationem cōsequi
tur. Etem̄ (vt in supioribus declaratum est) om
nis delectatio/ex trium concursu causari habet ⁊
causat̄. scz ex boni ⁊ conuenientis per viam appetitꝰ
uam adeptione. ⁊ ad eam applicatione. put scz ta
le bonum ⁊ conueniens/sentitur vel qualitercūq̄
q̄ p̄cipitur. que duo sunt. scz ipm bonum ⁊ cōue
niens quod sic sentitur ⁊ p̄cipitur. ⁊ ipa vis ap-
petitiua que sic illud sentit ⁊ appetit ⁊ tertij. scz co
gnitionis talis adeptionis ⁊ applicationis. Nunc
igitur ad ꝓpositum clarū est istud fieri nō posse.
quin p̄mo (vt iam tactū est) ibi sit aliquod ꝓpriū
⁊ p̄ncipale obiectum. s. illud bonū ⁊ cōueniēs qđ
sic adipiscit̄ ⁊ applicat̄. ḡnetiaz scdo ibi sit aliqua
opatio scz tam illa ipsius boni ⁊ cōuenientis ad-
eptio ⁊ applicatio q̄ sine aliqua opatione fieri nō
pōt. q̄ etiam ipsius actualis talis adeptionis et
applicationis cognitio que etiā quedā opatio est.
imo ipa ꝓpria opatio etiā de se quodda bonū et
cōueniēs est. Exempli gra. Delectat aliquis in
visione alicui⁹ rei pulchre. vel in gustu alicui⁹ rei
sapide seu saporose. vel in rememoratōne alicui⁹
magni honoris habiti. vel aliqua simili cogitati-
one clarū est in tali delectatione tria cōcurrere. s.
Primo ipam rem que sic delectabiliter videtur
vel gustat̄ vel rememorat̄ vel cogitat̄. ⁊ illa ē illi
us delectatiōis ꝓpriū ⁊ p̄ncipale obiectū. Secdo ip
sam vim appetitiuā. q̄ p q̄ndā opatiōem virtuta
talē visionē. gustationē remēoratione vl̄ cogita-
tionē/illā rē tanq̄ suū obiectū cōplaccēter adipi-
scit̄ ⁊ sibi applicatū hz ⁊ in eo q̄etat̄. Et tertio co
gnitionē illi⁹ adeptiōis ⁊ applicatiōis. q̄ si nō/in-
ueniret nulla ꝓpe eēt delectatio vt sat̄ in supiori-
bus exp̄lificatū ē de ifantib⁹ ⁊ isensat̄. Ex qbus
itex videri pōt. qūo delectatio q̄libz pōt ad duo
compari seu referri. vl̄. s. ad illd ꝓpriū ⁊ p̄ncipale
obiectū circa qđ vl̄ in q̄ sic versat̄. vl̄ ad illā opa-
tionē quā sic ꝓsequit̄. Tertiū aduertendum. q̄
etiā ipe ꝓsensus in delectationē/q̄ multū āpli⁹ q̄
ipsa sola delectatio ponit ⁊ importat. quicq̄ (vt i
superioribus pluries tactum est) ipi rationi sem-
per attribuitur. consequitur etiam si interueniat
quandam aliam ipsius rationis operationem sci
licet quandam dijudicationem seu ratiocinatio
nem. Nec enim (vt clarum est) ratio ipsa in dele-
ctationem aliquam consentire posset. nisi pri⁹ ei⁹
apprehensionem de ea quodammodo dijudica-
ret seu ratiocinaretur. Ista autem dijudicatio

seu ratiocinatio/nõ est aliud nisi quidam ipsius rationis actus interior ⁊ in mente existens/qui p prie fieri nõ potest nisi p modũ cuiusdam cogitationis seu meditationis. que in hoc ꝓposito ꝓ eodem accipiuntur ⁊ reputant. Et hinc est ꝙ talis ipsi⁹ rationis dijudicatio seu ratiocinatio/ de frequẽter ⁊ quasi cõmuniter cogitatio dicitur ⁊ appellat. imo vt modicũ supra tactũ est/ quãdo cõsensus in delectationem ꝑncipaliter/ratiõi inferior attribuit. intelligendũ est de delectatione q̃ est in cogitatione ⁊ non de illa que est in actu seu actus executione. ¶ Quartũ aduertendũ ꝙ q̃ ꝙ contingere potest. ꝙ aliqua opatio erit metipsum ꝓpriũ ⁊ ꝑncipale delectationis obiectum. si cui⁹ posset esse aliqua alia res ab extra. quia forsan illa opatio (vt iam tactum est) accipiet a ratione vt bonum ⁊ finis in aliquo aliquis delectando requiescat. iuxta exemplum iam positum. cogitabit aliquis de aliqua magna complacentia quã alias habuerit/vel in visione alicuius rei pulchre. vel in gustatiõe alicui⁹ rei sapide vel hmõi. ⁊ in ista cogitatione seu rememoratiõe delectabit. certum ⁊ clarum est ꝙ ista delectatio habet ꝓ suo ꝓprio ꝑncipali obiecto/illam opatiõez que sic cogitat ⁊ rememorat. illam/visionẽ vel illam gustationem vel hmõi. ¶ Quintuz aduertendum ꝙ amplius contingere põt scz ꝙ illamet ꝓpria opatio quã de facto ipsa delectatio consequetur/erit ꝓprium ⁊ ꝑncipale illiusmet delectationis obiectum. scz vis anime appetitiua cui⁹ est ꝓprie delectari in illam opationẽ sicut in quodam sibi bonum ⁊ cõueniens complacendo reflectetur. Vt gratia exempli/ iuxta casum iam ꝫ tacitum. Cogitabit aliquis rememorãdo de aliqua magna complacentia quã alias in aliqua re vl̃ in aliqua opatione habuerit. ⁊ in ista cogitatiõe seu rememoratione delectabit nõ quidem ꝙ illaz delectationem quã sic habebat reflectat in illaz rem seu in illam opationem de qua sic cogitabat. sed in ipsam ꝓpriam met cogitationem quam sic habebit. vt puta quia delectabit ex eo solũ ꝙ sic cogitat. vel quod sic rememoratur. certum ⁊ claruz est/ꝙ in isto casu/ista delectatio habet ꝓ suo ꝓpo ⁊ ꝑncipali obiecto ipsammet cogitationem circa quã versat. ¶ Nunc igit predicta ad ꝓpositum applicando. Triplex repit cuiuslibet delectationis/ꝓpriũ ⁊ ꝑncipale obiectum. Aut eñ delectatio sic aliquã (vt semp fieri iam iactũ est) opationem sequens. Et vt sermo p aliquod pricula re exemplum ⁊ ꝙ iuxta supra tacta cõmunis contingit/clarius ꝓcedat/ponat. iuxta casum iã pluries supius tactũ. ꝙ aliquã cogitationẽ cõsequatur ¶ Aut igitur talis delectatio habet ꝓ suo ꝓprio ⁊ principali obiecto/aliquaz rem ab extra que tunc forsan cogitat. Aut habet ꝓ suo ꝓprio ⁊ ꝑncipali obiecto/aliquam aliã opationem quã

si rem que cogitat. Aut habet ꝓ suo ꝓprio ⁊ ꝑncipali obiecto ipsammet cogitationẽ circa quam actualiter versat. ¶ Si primo modo ꝙ scz delectatio illa sic cogitationẽ aliquam consequens ꝓ suo ꝓprio ⁊ ꝑncipali obiecto habeat rem aliquã ab extra que cogitat/sic scz/ꝙ licet talis delectatio circa illã cogitationẽ versẽt. nõ tamen ex ꝑncipali ipsius cogitationis intuitu. nec in sola reflexione ad eam. sed ꝑncipali intuitu/ꝑncipaliq; reflexione/in ipsam rem que sic cogitat. Et tũc q̃ talis delectatio ⁊ etiam consensus in actum peccatum sit ⁊ quale/satis ex eis que modicuz supra circa naturam ipsius delectatõis tractata sunt/ꝓpendi potest considerando scz (vt ibi tactum est) an talis delectatio sit naturalis. an voluntaria. ⁊ an sit sit circa rem licitam aut illicitaz. ⁊ an sit moderata aut ĩmoderata. ⁊ an talis consensus sit verus ⁊ expressus. aut interꝓtatiuus ⁊ equiualens ⁊ an sit ipsius rationis supioris vel solum inferioris. ⁊ hmõi que ibi diffuse explicata sunt. ¶ Si vero secundo modo. ꝙ scz illa delectatio ꝓ suo ꝓprio ⁊ principali obiecto habeat aliquaz aliam opationem que cogitatur. sic scz ꝙ q̃ꝫuis vt iam statim tactuz est/talis delectatio circa talem cogitationem versẽt. non tamẽ ex principali ipsi⁹ cogitationis intuitu. nec in sola reflexione ad eam/ sed principali intuitu principaliq; reflexiõe in ipsam aliam opationem que sic cogitatur. Et tunc si talis opatio sic cogitata que est ꝓprium ⁊ principale obiectum illius delectationis/sit de se peccatum veniale. tunc consensus etiam verus ⁊ deliberatus in talem delectationem que sic circa talem delectationem versatur non erit nisi veniale peccatum. Si autem illa opatio sic cogitata que est ꝓprium ⁊ ꝑncipale obiectum illius delectationis/sit peccatum mortale. tunc etiam cõsensus verus ⁊ deliberatus in delectationẽ que sic circa talez cogitationem versatur/etiam si tunc (iuxta quod modicũ supra ꝺclaratũ ẽ) nõ assit volũtas deliberata ꝑficiendi actuz si facultas adesset erit peccatum mortale. quia ꝙ homo in cogitatione talis opationis principaliseius intuitu/ꝑncipaliq; reflexione in eam delectet/non cõtingit nisi ex eo ꝙ ei⁹ affectus seu appetitus est in illam opationem sic cogitatã inclinatus. Et iõ etiã ꝙ in talẽ delectationem cõsentiat/nihil aliud est q̃ꝫ ꝙ ipse ex deliberatione eligat seu in hoc cõsentiat: ꝙ affectus suus seu appetitus in illam opationẽ sic cogitatam inclinatus pmaneat ⁊ psistat. Nullꝰ eñ delectat nisi in eo qõ suo affectũ seu appetitui est cõforme. Qui autez aliquis ex deliberatione eligat seu cõsentiat ꝙ affectꝰ suꝰ seu appetitus his q̃ peccata mortalia sunt conformetur/est peccatũ mortale. Et ideo talis consensus in talem delectationem que circa cogitationẽ opatiõis peccati mor-

mor

tale. ¶ Si vero tertio modo q̄. s. illa delectatio p̄ suo p̄prio ⁊ principali obiecto/habeat ipam met cogitationē circa quā actualiē ꝙsaē. sic. s. q̄ ipa delectatio circa talē cogitationē feratur in se p̄ncipaliq̄ ipsius cogitationis intuitu p̄ncipaliq̄ reflexione in eam. vtputa iuxta supra tacta. q̄ quis in talem cogitationem ex eo solum q̄ sic cogitat delecteur. ¶ Et tunc quia talis cogitatio etiam si versetur circa rem aut opationez que de se peccatum mortale existat: nō est tamē de se peccatum mortale. imo vel veniale tantū. Vtputa. cū aliquis vt interdum contingit/ vane ⁊ inutiliter cogitat. vel oīno sine peccato. vtputa cū aliqs vtiliter. sicut p̄ dicendo vel disputando de tali re vel opatione cogitat. ideo consensus etiam verus ⁊ deliberatus in talem delectationem/nō est peccatum mortale. sed solū iuxta quod iam tactū est. vel veniale tantū vel nullum. ¶ Quia q̄ homo etiam ex deliberatione suum affectum seu apetitum in his que de se peccata non sunt. vel nō nisi venialia eligat vel consentiat esse inclinatū. non potest esse peccatū mortale de se. nisi alie circūstātie cōcurrerent. quia cogitatio quecūq̄ sit in se ipsam solum reflexa: nisi alia vt iam tactū est concurrerent/nunq̄ de se ⁊ p̄m se est peccatū mortale. ¶ Et quia istud nōnullis posset aliqualiter intricatum seu obscurum videri. Ad clariorem intelligentiam exemplificant doctores respectu duorum vltimorū membrorū istius distinctionis h̄ immediate supra posite de cogitatione fornicationis. Item vt dicunt cogitans de opatione seu actu fornicationis. sic cogitando/duobus principaliter respectib⁹ delectari potest. Aut em̄ sic cogitando/in ipsa sua cogitatiōe delectabitur in respectu ⁊ reflexione ad ipsum actū seu ipsam operationē fornicationis. quam sic cogitat. sic scz q̄ principali intuitu talis opationis fornicationis. principaliq̄ reflexione in eam in tali cogitatione delectat. Aut sic cogitando in ipa cogitatione delectat/solo respectu solaq̄ reflexione in ipam suā cogitationēmet. ex eo solum scz delectacūs q̄ sic cogitat. Si primo modo: tunc cōsensus deliberatus in talem delectationem que sic sup tali cogitatione fornicationis versat/etiam si desit volūtas deliberata p̄ficiendi actum/est peccatū mortale. quia talis cōsensus iuxta quod statim supra declaratum est/nihil aliud est q̄ q̄ ex deliberatione quis eligat seu cōsentiat q̄ affectus suus/seu appetitus p̄maneat et p̄sistat inclinatus in fornicationē. quod est peccatum mortale. cum fornicatō de se peccatum mortale existat. Ex deliberatione etem̄ (vt sepe supra tactū ē) eligere seu consentire q̄ affectus suus seu apetitus p̄maneat ⁊ p̄sistat inclinatus in aliquid. seu cōformeē alicui qō ō se peccatum mortale existit. est peccatum mortale. Si secūdo modo delectet cum talis cogitatio de se ⁊ p̄m se non sit peccatū mortale. imo/ vt supra tactum est possit vtiliter vt pro predicando vel disputando de fornicatione haberi. sic nec etiaz cōsensus deliberatus in talem delectationem/ est peccatum mortale. vel veniale tantum. vel forsan nullum. quia vt etiam sepe supra tactum est/ ex deliberatione eligere seu consentire affectū sum seu apetitum esse inclinatum in aliquod/seu conforme alicui. quod de se ⁊ p̄m se peccatū mortale non existat. non est etiam mortale peccatum. ¶ Et propter ista in declaratione vltimi sexorum seu sex qualitatum se circa delectationem habendi ipsius rationis supra positorum/notanter addita est illa clausula. maxime si feratur illecebram seu carnalem delectationem/tanq̄ in rem aut operationez/seu actū supra quo vel circa quē ipa illecebra seu carnalis delectatio sic insurgit et versatur. ⁊ qui talis illecebre seu carnalis delectationis esset principale obiectum vt est ibi videre. Et intelligantur sem per in oīnibus p̄missis iuxta quod late in mo dicum supra tactis declaratum est. consensus verus ⁊ deliberatus esse. quando scilicz ratio superior in huiusmodi delectationibus expresse consentiendo concurrit. vel eas post sufficientem deliberationem debitamq̄ aduertentiam seu animaduersionem periculi: ⁊ peccati quod inde imminet ⁊ incumbit reprimere negligit. ¶ Et hec quo ad ea que circa materiam delectationis ⁊ consensus in eam. an scilicet ⁊ quando: ⁊ qualia peccata existant/ex dictis doctorum quantū ad hūc tractatum spectare ⁊ sufficere visum ē/recolligi ⁊ elici potuerunt.

De consensu in actuz p̄

an sit peccatum. ⁊ quod.

Q Ualia vero p̄out in superioribus vbi de hac p̄senti materia scilicet de natura p̄morum motuum delectationis ⁊ consensus in actum peccati/tractari incepit/tactuz est: licet iam proximie monstratum est possit circa consensum deliberatum in delectationem peccatum mortale formaliter incurrere ⁊ contingere. Imo communis iuxta tamen modificationes modicum supra positas/ incurrat ⁊ contingat. non propter ea tamen in tali consensu in delectationem adeo ē completa temptatio quin vlterius progredi possit scilicet vsq̄ ad ipsum consensum in actum exteriorem. imo in ipso solo consensu in actum exteriorem dicatur temptatio supleri. vltraq̄ progredi non posse. cum non videatur quid vltra consensum in actum exteriorem ipsa temptatio operari posset. propter istud ⁊ etiam seruando ordinem p̄dispositum post expositionem ⁊ declarationem naturet q̄litatis ipsorum p̄morū motuū. ipsiusq̄ delectationis

tiõis. venit aliqualiter de natura ⁊ qualitate ip-
sius consensus in actum tractandum ⁊ declaran
dum. ¶ Circa quod primo rememorandum ve/
nit. q iam modicũ supra scz de ipa delectati one
⁊ de consensu in eã. cui pti rõnis attribuant tra-
ctatum est aliqualiter tangi icepit. s. q ꝑsensus i
actũ seu actus executõnẽ/semp rationi superiori
attribuit. ꝑm tñ q in ipsa ratione voluntas includ
dit. ꝓpter quod iuxta supius tacta cõsensus ille
voluntarius dicit. Et causa ẽ. qz iam ibi etiã aliq
liter apiri incepit. Cum em cõsensus in aliquid /
de se importet vel ꝓsupponat quoddã iudiciuz de
eo in quod sic cõsentit. nec em aliter cõsensus p/
prie in aliquid fieri possz. nisi p pri9 de illo in q sic
cõsentit/eiusq qualitate ⁊ natura quodãmodo
iudicatũ esset. ⁊ in oñi iudicio (qõ bene conside-
randũ venit) vltima sententia ad supmũ audito-
rium seu iudicatoziũ spectet ⁊ ptineat. cum insup
(vt etiã sepe supra tactũ est) omniũ negociozum
seu opationũ humanarũ iudiciũ/ad rõnẽ siue su-
periozẽ siue inferiozem spectet. ꝑm tñ respectum
ad duplicẽ regulam ꝑm quã oñes opatiões hu-
mane (vt sepissime etiã dictũ est) regulari habẽt
scz vel regulam legis humane que sumit ex reb9
creatis quas naturaliter homo cognoscit. cui re-
gule ratio inferioz innitit. vel regulam legis diui
ne que sumit ex rebus eternis ⁊ increatis ad ãs
homo spũaliter inclinat. cui regule/ratio supioz
innitit. ⁊ ita sit q ipa regula legis diuine. sit supe
rioz. imo supma/⁊ p cõsequẽs supmum auditori
um ⁊ iudicatoziũ. vltimaq sententia ad illã ptem
rationis ptineat. que sic ipi regule legis diuine q
supma est innitit. que est ps supioz seu ratõ supe
rioz. Cum ꝓterea de plurib9 semuicem cõsequen
tibus occurrit iudicandũ/finale iudiciũ finaliszq
sententia sit de illo quod in tali consecutione seu
cõcursu est vltimũ vltimoq occurrit. Et in nego
cijs humanis vltimũ quod sequit ⁊ occurrit / sit
ipe real9 act9 seu ipi9 act9 executio. Et p ꝑns iudi
ciũ de ipo actu/seu act9 ipsi9 executiõe. sit iudiciũ
finale sentẽtiaq finalis/⁊ sic ad supmũ auditoziũ
seu iudicatoziũ ptinẽs: sequit manifeste q ad ip
sam rõnem supiozem ad quã sic (vt tactũ est) iudi
cium supremũ finaliszq sentẽtia negociozum seu
opationũ humanarũ spectant iudicium de ipso
actu seu ipsius act9 executione spectat ⁊ ptinet. ⁊
p cõsequẽs etiam cõsensus in ipsum actũ seu ipsi
us actus executionẽ qñ interuenit. cũ non nisi vt
tactum ẽ post iudiciũ supremuz ac finale/de ipso
actu habitum/interuenire possit. Ex quo iterum
sequit q (vt etiã in supiozibus sepe est tactum) q
tiensciq talis ipsius rõnis supiozis cõsensus. si-
ue verus ⁊ exꝑssus. siue equiualẽs ⁊ interꝑtati-
uus in actum aliquẽ qui ex suo genere vel aliqua
circũstantia pctm mortale existit. interuenit. tal'
cõsensus est pctm mortale. Quia semp talis ipsi
us rationis supiozis in talem actum peccati cho-
sensus/etiam si ipse reals actus iuxta tñ modifi-
cationẽ modicũ infra tangendam/nõ procederet
seu subsequerẽ/est tale peccatum quale esset ipe
realis actus. Et rõ iam quodãmodo in superiori
bus tacta est. ex premissisq sumi potest. ¶ Et pri
mo respectu consensus. veri ⁊ exꝑssi ipsius rõnis
superiozis. Nam ipsa ratio supioz ad quam / vt
sic statim tactum est/talis consensus in huiusmo
di actum qui de se ex suo genere vel ex aliqua
circũstantia peccatũ mortale est ptinet. nullo mo
do in dictum verũ ⁊ exꝑssum consensum inclina
ri posset/quin prius de ipso actu eiusq natura et
qlitate deliberauerit ⁊ iudicauerit. alꝫ vt s tactũ ẽ:
nõ esset verus ⁊ expressus consensus. Deliberare
aũt ⁊ iudicare maxime circa tales actus huma
nos non potest. nisi regulam legis diuine ⁊ eter-
ne cui sic innititur/consulat. Consulta aũt regu /
la legis diuine ⁊ eterne/in talem actum qui sic de
se ex suo genere vel ex circũstantia aliqua pec-
catum mortale existit/consentire nõ potest. quin
ipam regulam ⁊ legẽ diuinã ⁊ eternam/actu ⁊ re
aliter contemnat ⁊ spernat. seq ab ea totaliter et
ꝑm habitũ auertat. Actu autẽ ⁊ realiter/regulaz
legis diuine ⁊ eterne contemnere ⁊ spernere/seq
ab ea totaliter ⁊ ꝑm habitũ auertere nõ põt quin
peccatũ mortale existat. Sequit ergo ꝓdicta simꝫ
adaptando ⁊ applicando q ipsa ratio supioz in ta
lem actũ peccati mortalis vere ⁊ exꝑsse consenti-
re nõ põt/quin peccatũ mortale existat. ¶ Respe
ctu 2o consensus ipsius rõnis supiozis equiualẽ
tis ⁊ interpretatiui hoc idẽ patet. quia talis act9
qui sic de se/ex suo genere vel aliqua circũstan
tia/peccatum mortale existit. cum de ipso supre-
mum ⁊ finale iudicium vt sepe supra tactũ est ad
ipam rationẽ supiozem spectet ⁊ ptineat. cõmitti
nõ põt. nec in realem executionẽ deduci. quin ip
sa ratio supioz/negligẽs fuerit ipm impedire. vo
luntatemq respectu illius regulare ⁊ reprimere
⁊ per consequẽs/quin etiam regulam legis diui-
ne ⁊ eterne actu ⁊ realiter si tunc de ea actu cogi-
tabat. vel per modum cuiusdaz inexcusabilis ob
missionis ⁊ negligẽtie. si tunc de ea nõ cogitabat.
cum in tali actu cogitare debuisset. contempserit
⁊ sprezerit/ac se ab ea totaliter. ⁊ ꝑm habitũ auer
terit. Et ex hinc dicit beatus Thomas prima se-
cunde sue summe. q ratio superioz in ipsum actũ
peccati consentire dicitur/non solum quia ꝑm ra
tiones eternas semp moueat ad agẽdum. sed etiã
quia ꝑm rationes eternas non dissentit.

¶ Ad propositum etiam istozum dicit Augl. de
trinitate. Non potest peccatum efficaciter perpe
trandum mente decerni. nisi illa mentis intentio
penes quam summa potestas ⁊ membra in opus
mouendi vel ab ope cohibẽdi (loquẽs de ratiõe
supiozi ꝑut etiã volũtatẽ iuxꝫ qõ iam dictũ ẽ iclu
dit) male actioni cedat vel seruiat. ¶ Prout hec
latius modicum supra. et specialiter in declara/

tione ḡnti sex modoꝝ seu sex qualitatum se circa delectationē habendi ipsi⁹ rationis declarata sunt. Que ibi tacta / possunt ad hoc ꝓpositum / respectu consensus ipsius rationis supioris in ipm actū applicari. Et adhuc ꝑmpli⁹ ꝛ efficati⁹. cum nō tanta culpa ipi rōni supiori imputari habeat. nec faciliter tam graue peccatū insurgat / dū ipsa vere ꝛ expresse aut equiualēter ꝛ interp̄tatiue in delectationē que in sola cogitatione cōsistit ꝛ versatur cōsentit. sicut qñ vere ꝛ exp̄sse aut equiualenter ꝛ interp̄tatiue in ipsum actū peccati cōsentit ipsiusq; actus executionē. ¶ Notanter in premissis vbi respectu cōsensus ipsi⁹ rōnis supioris in id quod de se ex suoq; genere vel aliqua circūstantia est pctm̄ mortale. de auersione a regula legis diuine ꝛ eterne / facta est mentio. addita sunt ista verba. totaliter ꝛ ꝑm habitū. Eteñ auerti a regula legis diuine ꝛ eterne (put iam in supioribus vbi p̄cipue de hac p̄senti materia nature peccati venialis tractari incepit aliqualiter declaratum est) dupliciter contingere pōt. ¶ Vel scz totaliter. i. ꝑm habitum. qui ꝓprie in hoc ꝓposito nihil aliud est / q̄ quedā inordinatio mentis ꝛ intentionis dispositio / ponēs seu constituēs alterū finem. Quod fit ꝛ cōtingit in oñi actu qui de se suoq; genere aut aliqua circūstantia / habet ꝛ importat / quod peccatū mortale existat. licet forsan ꝓ tunc talis inordinata mētis ac intentiōis dispositio / nō attenderet nec occurreret. Et ex hic etiam (vt iam satis declaratum est) cōsensus rationis supioris in talem actum / est mortale peccatū quia sine tali auersione / nō pōt in talem actū inuenire. ¶ Vel cōtingit talis auersio / nō totaliter id ē. nō ꝑm habitū sed in actu solum. i. p illo actu qui fit seu exercet respectu cui⁹ est bñ aliqualis a regula ipsius diuine ꝛ eterne legis inordinatio. sed nō tanta nec talis mētis ꝛ intentiōis id dispositio / q̄ aliū finem ponat seu constituat. Et sic est q̄ contingit in omni actu / qui de se ex suoq; genere seu aliqua circūstātia / nō habet seu importat qō peccatū mortale existat. sed solum veniale. Nam si illud vsq; adeo ꝓcederet / q̄ illa auersio iuxt qō expositum ē / esset totalis ꝛ ꝑm habitum. aliū q; finem ponens ꝛ cōstituens. statim a natura peccati venialis excederet ꝛ in naturā peccati mortalis transiret. vt ibi satis expositū ē ꝛ exemplificatuꝫ Et ex hinc similiter cōsensus rōnis supioris in talem actū / qui sic de se ex suoq; genere aut aliq̄ circūstantia nō habet q̄ sit peccatū mortale. sed solum veniale. nō erit etiam nisi pctm̄ veniale. qz sine illa totali ꝛ ꝑm habitū auersione ꝛ cū sola quadam inordinatione. pōtest in talē actum interuenire. vt satis ex dictis concipe est. ¶ Et intelligātur p̄missa q̄ scz cōsensus ratiōis supioris in actū qui de se ex suoq; genere aut aliqua circūstantia pctm̄ mortale existit / est pctm̄ mortale. Etiam si (vt iaz supra tactū est) actus ille in quē sic ipa ratio supior cōsentit / realiter ab extra nō subsequeretur seu adimpleret. Si tñ ꝫ nō ex ꝓte ipsius rationis supioris ipsiusq; voluntatis. vtpote sep⁹ dictum cōsensum iam sic in illum actuꝫ seu illius actus executionē p̄stitū amplius auisantis ꝛ immutantis. sed ꝓpter defectum possibilitatis facultatis vel alicui⁹ alterius opportunitatis aut circūstantie / contingeret. Nam licet tunc / realiter ex effectu / talis actus nō subsequeret ꝛ adimpleret. ꝓposito tñ ꝛ affectu / q̄tum ad incursum peccati mortalis / subsecutus dicit ꝛ adimpletus. Et hic cōiter dicit q̄ voluntas ꝑ facto reputat. Iuxt istud ꝓprie intelligendū venit illud dicti Matth. v. Oñis qui viderit mulierē ad concupiscendum eā / iam mechatus est eaz in corde suo. ¶ Ex oñib⁹ sic supius circa hanc p̄sentem materiam / nature ꝛ qualitatis primoꝝ motuum. delectationis ꝛ cōsensus in actum peccati tractati / quodāmodo epilogando habet qū o ꝑm⁹ motus primo ꝑmus ipsius sensualitatis qui naturaliter nullum est peccatū. Secūdo vo ꝑm⁹ motus eiusdem / qui ex fomite ꝓcedit / peccatum veniale existit. Delectatio aūt siue mozosa siue nō mozosa: mora tempis. Dū tñ nō sit mozosa mora consensus / ꝑ rōnem scz supiorem vere ꝛ realiter / aut interp̄tatiue ꝛ effectualiter deliberati. quod cōtingit in secundo tertio ꝛ quarto sex modoꝝ seu sex qualitatum se circa delectationem habendi ipsius rationis supioris supius declaratis etiam si dicta delectatio sit ꝛ feratur circa ea que de se ex suoq; genere vel ex aliqua circūstantia / peccata mortalia existunt. est solum peccatum veniale. Delectatō vero mozosa mora consensus / ꝑ rōnem scz supiorem vere ꝛ exp̄sse aut interp̄tatiue ꝛ effectualiter deliberati quod contingit in quinto ꝛ vltimo p̄dictoꝝ sex modoꝝ seu sex qualitatum se habendi ipsius rationis ꝛc. Necnō etiam cōsensus in actū. qñ tñ (vt sepe supra tactū est) sunt ꝛ feruntur sup his que de se ex suoq; genere aut ex aliq̄ circūstantia peccata mortalia existunt sunt etiaz peccata mortalia. Et ad istud ꝓpositum / per modum exempli applicant doctores licet diuersimode. temptationem que fuit in ꝑmis parentibus. ex q̄ dictis / pōt sensualitas ipa / serpēti compari. Ratio vero inferior vt iam in supioribus tactū est / mulieri eue. Et rō supior viro ade. Cum igit in ipsa ꝑmo motu. secundo tñ ꝑmo / ipsius sensualitatis illecebra insurgit. quod nō nisi ex fomitis corruptione ꝓuenit. ꝛ quasi cum serpens / comestionem pomi eue suggessit. ideoq; tūc pctm̄ solū veniale est ꝛ leuissimum. ¶ In delectatione vo nō mozosa mora consensus / qui scz consensus sit ꝑ rationem supiorem vere ꝛ exp̄sse aut interp̄tatiue ꝛ effectualiter deliberatus. quātūcūq; ista dicta delectatio sit forsan mozosa mora temporis / quātūcūq; etiam ipsa ratio inferior iuxta predictos scōm tertium ꝛ quartum sex modoꝝ seu sex

qualitatum se habendi ⁊c̄. vl̄ circa talem delecta
tionem, nō bene aduertat. vel subito aut im ꝑpe
etiam in eam consentiat. tunc mulier sine viro/ ip
soq; ignorāte/comedere dicit. Ideoq; tunc solū
peccatū veniale est. quia q; in delectatiōe pecca=
tum mortale interueniat/a consensu viri scz ratio
nis supioris: ꝺo ⁊ expresso aut interp̄tatiuo ⁊ ef
fectuali ⁊ nō alias ꝓcedit. In delectatione ve
ro morosa mora cōsensus interp̄tatiui ⁊ effectua
lis. qñ scz ratio ipa supior iuxta quintum sex mo
dorū predictorū seu sex qualitatū se habēdi ipsi⁹
rationis. ⁊c̄. talem delectationē rep̄mere negligit
tunc mulier sola/sed tñ viro sciēte comedit. ⁊ tūc
licet vir nō comedat ꝓpter illū tñ eius consensuz
interp̄tatiuū ⁊ effectualem/peccatū mortale effi=
citur. etiā si (vt sepe dictū est) desit voluntas ꝑfi=
ciendi actū. ⁊c̄. Quia mulier bñ potest sine viro
comedere. mortaliter aūt sine viri cōsensu vero ⁊
test peccare. In delectatione vero morosa/mo
ra cōsensus veri ⁊ exp̄ssi. qñ scz ratio ipa superi=
oris iuxta vltimū sex modorū p̄dictorū seu sex q̄li=
tatū se habendi ipsi⁹ rationis. ⁊c̄. vere ⁊ expresse
cōsentit. tunc vir nō solū consentit. ꝫ sicut ⁊ muli=
er comedit. ⁊ etiā si desit voluntas ꝑficiendi actū
⁊c̄. est pctm̄ ⁊ graui⁹ q̄z in casu precedenti. Gra=
uius etēm est in talē illicitā delectationē vere ⁊ ex
presse ꝛsentire. q̄z nō rep̄mēdo/interp̄tatiue ⁊ ef
fectualiter cōsensum p̄bere. In cōsensu ꝺo in
actum peccati seu ipsi⁹ act⁹ executionē/qui (vt la
te supra declaratū est) soli rōni supiori attribuit:
eſt ac si vir nō solū sicut ⁊ mulier comederet. ꝫ q̄/
dāmō ac si iuberet ⁊ p̄cipet. ⁊ tunc etiā si iuxta su
perius tacta. talis actus realiter ab extra nō pro
cederet ⁊ sequerē/est peccatum mortale. Et ad=
huc graui⁹ q̄z in casibus p̄cedentibus. inq̄tū scz
(vt etiam supra monstratū ē) grauius est in actū
peccati seu ipsi⁹ act⁹ executionē q̄z in solā ei⁹ dele
ctationem cōsentire. Vel alit̄ dici posset q; scz
in delectatione morosa mora consensus veri ⁊ ex
ꝓssi ipsi⁹ rationis supioris (de q̄ statim supra)
vir ñ comedit sicut mlier. sed solū comestioni mu
lieris cōsentit sicut supra dictū est: fieri in delecta
tione morosa mora consensus interpretatiui ⁊ ef
fectualis eiusdem rationis supioris. Estq; ꝓpt̄
hmōi cōsensum verū ⁊ expressum/pctm̄ mortale
sed graui⁹ vt iam tactum ē q̄z in tali cōsensu inter
pretatiuo ⁊ effectuali. inq̄tū. s. grauius est vere ⁊
exp̄sse in aliquod malū consentire q̄z interpretati
ue ⁊ effectualiter. Sed in cōsensu ipsi⁹ rōnis su=
perioris in actū peccati seu in ipsi⁹ act⁹ executio=
nem. etiam si vt statim dictū est talis act⁹ realit̄
ab extra nō ꝓcederet ⁊ sequerē. vir nō solū con
sentit sed sicut ⁊ mulier comedit. ⁊ tūc est tempta
tio de se cōsummata ⁊ pfecta. Et intelligātur he
exemplificationes iuxta supius declarata. qñ. s.
hmōi delectatiōes/cōsensusq; in actum sunt ⁊ fe
runtur sup his que de se ex suoq; genere aut ex
aliqua circūstantia peccata mortalia exīstunt.

Et hec quo ad talem materiā nature p̄morum
motuū delectationis ⁊ cōsensus in actū. ordinis/
q; ⁊ ꝓgressus temptationis. inq̄tum de eis ad ꝓ
positum hui⁹ octaui tractatus isti⁹ libelli tractan
dum occurrebat/dicta sufficiant. Qui latiora vi=
dere voluerit habet vt in supiorib⁹ in simili ta=
ctum est/doctores plurimos. tā mgr̄m in. ij. sentē
tiarū q̄z alios sup dicto passu tractātes. q̄z etiam
btm̄ Tho. p̄ma ⁊ scōa scōe ptis sue summe.

De tribus ad grauitatem peccati cōferētibus. ⁊

Quia vero iam recēter/⁊ etiam in supi/
oribus maxime in declaratione natu/
re ⁊ qualitatis peccati mortalis/dictū
et mōstratū est. qūo nonnunq; act⁹ ali
quis q̄ de sui forsan natura ex suoq; genere pec=
catū nō esset/vel forsan veniale solum/ex intentio
nis corruptione/vel rōne remorsus cōsciētie seu
aliqua alia circūstantia/pōt peccatū mortale effi/
pauci. At vereor ne aliter compertū habeatis. si diligentie vestre oculos ad hanc rem studueritis apire. Et certe fieri poterit. vt vnius publica correctio/plurimos deinceps a peccādi libertate compescat. ⁊ talis peccādi: qualis nec aperte nominare pudor sinit. Discedent fortassis ab illius regimine qui ꝺ egerit nōnulli/dicentes q̄niam durus est ꝺ homo. Sed sperandū est tuz in diuina ꝓuidentia. tum in bona fama eius inde secutura: q̄ alij meliores ⁊ numero plures ſō intrabunt. Nihil em̄ ꝟtute amabilius. nihil qō magis alliciat ad sui consortiū. Denicz monitos omnes volumus cautos esse/ne quibuslibz imꝓroperare valeat puulorum aliqs verbum ꝓphete. In via hac qua ambulabam/ absconderunt ſupbi laqueū michi. Et rursus. Juxta iter scandalū posuerunt mihi. Quo pacto sic: impediendo. ſ. eorū aliquem/vel adiutores suos/ ne ꝟbum compleat domini quo ait. Sinite paruulos venire ad me ⁊c.

℟ Consideratio IIII

De apologetica ꝓ baculo mee defensionis ⁊ sit exhortabitur puulos ꝓ me indignum venire ad christum.

Si occupatus fuerit homo in aliq̄ delicto. Vos qui spūales estis hmōi instruite: in spū lenitatis considerās teipm̄ ne ⁊ tu tempteris. Exptissim⁹ mox fuit q̄ dicit. Ars artium est regimen animarū. Quā q̄z ita nihil sine arte nostri temꝓis hoies ⁊ sacerdotes attemptare ꝓsumunt. ⁊ ceci cecos ducūt Ideo si ruina multiplex immineat/ quis ammirabit? Adeo taz indignū vidz apud mltos/si qs ex theologis/aut famatus in lris/vel eccl'astica dignitate ꝓditus/ad hoc se op⁹ inclinauerit. ꝓ/ Ftim circa paruulos. Nō mihi (qz in talib⁹ esse putor mometi alicui⁹) in fabulā ⁊ imꝓouerbiū cesserit. Et sane mihi vident discipuli domi adhuc tunc celestiū parum capaces/hac insipiētia laborasse/ꝓhibētes paruulos offerri xp̄o reputantes vicz indignum esse si tantus mgr̄ et doctor eorū xp̄s/huic hūilitati subiaceret. Cōuincit aūt ipos sic sentientes/tam exemplum xp̄i q̄z ꝟbum p̄missum apostoli In q̄ vult alioz instructores esse spūales ⁊ spū lenitatis ꝓditos ⁊ cōsiderantes seipos ne temptent. Tales ꝟo q̄z rari sint cogitare stupor est. Da mihi aliquē ⁊ dicaz q̄ spūalis est/q̄ spūal'r oia diiudicet/ q̄ didicerit ex eis q̄ passus est cōpati. q̄ querat nō q̄ sua sūt/ ꝺ que iesu xp̄i. quem totū repleuit charitas. hūilitas ⁊ pietas/ vt nullū in eo locū vanitas ⁊ cupiditas inueniat. cuius ꝓuersatio in cel' sit. q̄ tāq̄z vnus ex angel' dei: nec bñdictōe nec maledictōe moueat exēplo eorū. neq̄z ex misterio/occupatōnis sue inferioris/supna deserat. nec sordes contrahat pestiferas. Alioq̄n q̄d sibi ꝓderit si vniuersum mōm lucret ⁊ aie sue detrimētū patiat nō audiens iubentē. Bibere aime tue placens deo. Tal'denicz q̄ null'stimulet aut alliciat formis corꝓorū. ſ abstract⁹ in sublimi arce ratōis/ iu sola aiaz ꝓspicaci q̄litate ꝟsetur. Quādiu ei ista tibi deerūt/ ⁊ repente vl'suspitōnib⁹ inꝺcta ꝓtractus eris infamia. carnal'es nō spūalis. nec berīs vel nimis terreberis vel gl'a turgesces. aut vel nimis terreberis vel gl'a turgesces. aut dum satis idoneus q̄ alios instruas in spū lenitatis. Quo fit. vt ad ꝺ res redeat. vt inculpari poti⁹ de temeritate q̄z de nimia hūiliatōe debuerim/dum officio spūalium virorū memet immiscео. volēs puulos instruere p̄occupatos i peccatis tanq̄z si testudo terrestris/se pennatis aut bus ꝓsociet. Qz q̄d agam? Sentiūt alit' q̄dam ex homibus etiā beniuol'. Cōminant vel michi vel puulis/ne accedant ad me. ⁊ ꝺ alia m'tiplici rōe signant multiplici id arbitrant recte facere. Allegant quipe disparitatē morū mihi cū puulis. Allegant officij dignitatē occupandā ad maiora. Dehinc causant loci ⁊ tpis importunitatem. Postremo metuūt rei inuetudinem ab emul'calūniabilem. At ꝟo tractem⁹ pauca ō singul'. Dicūt ⁊ verū est/magnā esse disparitatē morū debitorū mihi ad mores puulorū. Nihilominus si ꝓdesse voluero/ vt meos mores suis contēperem ⁊ ad sublueandū tacentes / altiores me depmā necesse est. Nō bñ ꝓuenīt nec eadē sede morant: maiestas ⁊ amor. Attamē sicubi deest amor/q̄d ꝓderit instructio. dū nec libent' audient. nec dictis credent. nec imꝓatis obedient. Quare maiestatem oportz omnez exuere. ⁊ ꝓ paruul' paruulū se facere. seclusis tm̄ vicijs. et ꝓtecta longe omis impudicicie nota. Adde q̄ natura esse ꝓtumacē testat. Bene. magis ducit q̄z trahit. Habet p̄terea ꝺ ꝓprium generosa indoles (quod ⁊ irratōnabiles ⁊ bestie ⁊ aues docent) vt blandicijs q̄z terroribus magis capiat deflectaturq̄z. Denicz paruuli verecūdissimi/q̄ pacto detegerent peccata sua turpia/apud eum quem vel odirent vel timerent. Apud eū rursus uolum secretū ⁊ amicū. hoc autē ꝓfuaderi neq̄ qūi non p̄us eis ꝓsuasisset se eis fidum esse. benibit: si non modeste arriserit ridentibus. congratuletur ludentibus. collaudet studia eorū bona si non vitet acerbitatem ⁊ cōuicia in increpatōe sua cum omni lenitate ⁊ māsuetudine. ita vt nō odisse eos sed fraternaliter dilexisse sentiatur. Propterea tollens condescensionem affabilem ⁊ comicam a viro cum paruulis/ vt efficaciam sue confessionis ⁊ commonitōnis euacuet/ consequens est. Ꝓsuasum sane habeo: sic egisse olim apostolum. Alioq̄n quomō fact⁹ fuisset omnia ad omnes vt christū lucrifaceret. si puulos excipias/ad quos non factus sit paruulus. Qua autoritate p̄terea mandasset patribus de filijs humane tractandis/neq̄z ꝓuocādis ad ira

cūdiam ne pusillo animo fierent/si paruulorum velut indigna horruissz cōsortia. ¶ Sed q̄d argumentis nitimur cum hoc ipm ab apostolo expressum sit. Facti sumus inq̄t paruuli in medio vestrum: tanq̄ si nutrix foueat filios suos. Ponderemus iterum obsecro qua ratiōe iubet apostolus instruere p̄occupatos in delicto aliq̄ in spiritu lenitatis. Et videamus si hoc nō p̄us egerit z docuerit legislator noster christus. Luz em̄ p̄clamans inuitasset. Venite ad me omēs q̄ laboratis z onerati estis. subiunxit p̄ read h̄ ne cessaria. Discite a me quia mitis sum z humilis corde. ¶ Plura in vetustis patrum historijs ad hanc rem traduci possent testimonia. In quib⁹ nihil efficax ad correctōem emendatōemq̄ mul torum repertū est/quemadmodum est lenitas. Nihil em̄ hominū melius est facilitate z clemen tia ait Comicus. Nōne iohannes ille diuinorū conscius z cōscriptor secretorū latronis z homicide p̄ditissimi manū osculatus est. vt euz lucra retur: Quis egregiū doctorem Augustinū tan ambrosij. Qua virtute: vtiq̄ beniuolētia et miti tate. Cepi inq̄t aug⁹. de eodē. cepi amare hoiem in me. O prudentissime mū z verū dei sequacem/ ambrosiū. Non dixit augustino. tunc pestiferis opinionibus inflato. Recede a me peccator es. hereticus es. blasphemus es. Quanto minus hec z similia de paruul⁹ fidelibus ad eum cōcurrentibus/ira feruescēs vomuisset. ¶ Porro si recogitemus q̄ nihil erat in operib⁹ christi vacuum/z sententiarū maiestate carens/iudicabimus ipm nō mediocrem rem intendisse/dū vorissimos phibentes eos. Hebinc eos accedētes cabat paruulos ad se/cohibens discipulos charbat eos? Et O p̄issime iesu. quis vltra post te verecundabit esse humilis ad paruulos? Quis tu mescens z elatus de sua vel magnitudine vl scientia/paruitatē deinceps paruulorū/ignorātiā aut imbecillitatem audebit aspernari: quando tu qui es deus benedictus in secula/in quo sunt omnes thesauri sapiētie z scientie dei absconditi/vsq̄ ad castissimos paruulorū amplex⁹/ brachia mansuetus inclinas atq̄ circūligas? Procul ergo/ procul ex hinc omnis elatio. seorsū sit/indignabunda quelibet paruulor effugatio vincit hoc insigni exemplo christi nostri. humanitas illa humilis in socrate a philosophis collaudata. qui non erubescebat post curas publicas/laxare animū ludendo cum paruul⁹ arundinee etiam cruribus supposita. Si vidissent eum cathones cōsortij nostre etatis/quali eū cachinno derisissent. q̄q̄ non ita laxamus ad paruulos colludendi licentiā/vt nō abhorrendaz pro clamemus omnē in gestu aut verbo vl tractu petulantiam aut impudicitiā. Rursus alia rō est humiliatōis sue in obsequio dei sicut dauid saltans ante arcam totis viribus z nudatus. et vilis in oculis suis celebrat. Alia ratio dum queritur sola mentis recreatio. Prima semp optima est. z vix excessum recipit. nec video vbi alit locum habeat congruentiorē illud ecclesiasticum etiā a Tull⁹. in de officijs approbatū. Qtomaior es humilia te in omibus. Hinc xp̄s statuto paruulo coram discipul⁹. q̄bus hāc hūmilitatis normam verbo z exemplo inculcare volebat. Qui maior est inter vos/erit sicut minor. Et rursus i loco quem tractamus quisq̄s nō recepit regnū dei velut paruulus/nō intrabit in illud. ¶ Ecce,corā deo. q̄ non mentior/plures audiui a triennio p̄fitentes paruulos/z quosdā eorūz grandiusculos. qui fatebant se nunq̄ peccata sua fuisse dicturos alteri: non sic eis condescendenti z diligenti interroganti. instante etiā mortis articulo q̄tūlibet damnari debuissent. Agnosce ergo quid efficacie lateat in ipa cōdescensione benigna. Et quid operet interrogationū admonitionumq̄ discretio cauta z sedulitas artificiosa magis vo in his dei virtus inuocata sperata p̄piciaq̄. Quosdam p̄terea noui viros expertos qui iam a multis annis confessionuz auditores fuerant/ p̄testantes se vix aut nunq̄ repisse aliquem certis infectū vicijs qui p̄us illa cuiq̄ alteri detexisset. Nec id adhuc fecissent. nisi magē circūspectōnis z lenitatis spūalis arte/cepissent eos z pia quadā fraude vtiliter circūuenissent. Qua sup re/quedam alia scripsisse me memi et ad viciorū cognitōem p̄cipue taliū nuper vnus editus est in gallico tractatulus. ¶ Expediam⁹ nos breuius in reliquis tribus calūnijs. Naz q̄ allegatur dignitas officij mei aut etiam gradus magistralis: iam satis factum arbitror. Q autez supadditur/meam occupatōnem in maioribus esse debere. Nescio p̄sus si quicq̄ mai⁹ esse potest in quo paruitas mea p̄ficere valeat q̄ deo dante virtutem a faucibus canis infernal z ab ipsis gehenne portis/animas eripe z tales paruulorum animas/quasi plantare aut rigare. p̄tem non indignaz horti eccl̄astici. paruulos loquor p̄sertim in studio vt eis det incrementū christ⁹. Sed asserunt me in p̄dicatiōibus publicis/ista magnificenti⁹ opaturū. Id quidem forte pomposius. sed meo iudicio non efficacius neq̄ fructuosius. Confudit p̄dem ipe xp̄us supbiaz nostram. que non vult nisi multos habeat auditores os suum apure sapiētie: quādo cum mulier/cula samaritana z sola diuturno sermone cōfabulat⁹ est. Nullo pacto tamē abnegauerim ea me irrationabl̄r dimissurū esse que necessitat sunt in officio cācellariatus. dū illi indign⁹ deseruio p q̄talibet vtilitate secutura i alijs. Sz vbi cessat necitas (vt plerq̄ cessat) q̄s occupatioz mea tā

salubrem inculpabit. quãdo me tunc. forte vel ludentem vel ociantẽ coarguere p̃sumeret nemo?

¶ Amplius de loci ⁊ temp̃is importunitate q̃ tertia est calũnia/ quedam respondimus in priori consideratõe. quanq̃ locus aptior ⁊ ab omi suspitione remotior esse nõ possit q̃ publicus in eccl̃a. Hoc euitat ꝑ ̃bialem illã notã. ¶ Qui male agit odit lucẽ. Fit quoq; iussio christi vt luceãt opa vestra bona coram hom̃ibus. ⁊ sit lucerna eius posita sup candelabrũ. Nõ si scandalizantur aliqui interp̃tantes hoc ad pompã vl̃inanẽ iactantiam/ glorĩuncuiaz/ hypocrisim vel papelardiã vel aliud hm̃oi. viderit quid dicãt. Profecto scandalũ tale est acceptũ ⁊ nõ datum. phariseorũ non pusillorũ. ac ꝓinde ꝓtemnendum. q̃ niam neq; actus neq; locus p̃fert ex se aliquam spũalis ruine occasionem. Porro nil mirandũ si radius boni operis. qui sanis gratissimus est. sit lippis liuidis aut inflatis oculis. odiosus molestusq;. Xp̃i bonus odor sumus acclamat apostolus. Sed q̃d subiungit. Alijs q̃dẽ odor mortis in mortem. Alijs autẽ odor vite in vitaz. Ceterum quisq; attenderit q̃ multa est messis dominica ⁊ operarij pauci (de oparijs loquor idoneis. Nam alij innumeri sunt ⁊ fruges cõsumere nati ait (Horatius) videbit q̃ nullus dies nulla hora nullus locus ab hac opatõne secludi deberet. ¶ Postremo ꝑ quarta calũnia non inficior rem q̃ me aggressam apud p̃decessores meos fuisse insolitã/ comicum me solaꝫ puerbium. su? cuiq; mos ẽ. Si nõ licẽt cuiq; aliq̃d p̃clare nouitatis arripe male iret respublica. imo tam nõ iret sed liberius corrueret. Neq; tñ est istud negocium p̃sus insolẽs vel extraordinariuz si de licentia ⁊ mãdato episcopi diocesani q̃ est dominus messis sue/ q̃dam deputent ad messem hãc nunc lõ nũc illo modo colendã. Sed ⁊ si licẽtiaz hanc quesierim/ tutaꝫ me illa xp̃i sentẽtia. Rogate dñm messis vt mittat oparios i messez suã Itidem esaias ꝓtegit q̃ petenti quem mittam ⁊ quis ibit nobis. Dixit. Ecce ego sum mitte me. Nihil est em̃ in actis istis meis: quicq; vel irregulare vel illegitimũ. qz supiorum potestas accessit ⁊ qz nullus paruulorũ audire p̃sumpsi sic nec facere ꝓpono/ absq; p̃ceptorũ sub quo informantur noticia. Veniq; nõ parua cura scholarum ⁊ scholariuz parisius cõmissa est/ saltem in multis/ cancellario eccl̃e parisien. tum iure officij. tum de mãdato apostolico. Quid vo curam hanc magis decere pot. q̃ religiosa bonorũ morum disciplina. ¶ Sed repetentes amici quod dictũ est. Calumniabunꝫ inquiũt aduersarij/ nouitatem istã vel de curiositate vel de fictõne vel de infructuositate vel de nimia leuitate aut aliquo hm̃oi. Hec non michi noua sunt q̃ amici charissimi. Omia dudum p̃cogitaui ⁊ mecũ ipse pegi. Nam qualis vnq; fuit actio homis co/ gniti/ que vel reꝑhensione vel sinistra aut stulta interp̃tatione caruerit. Obsecro tamen ꝑ illã quam expectamus salutẽ ⁊ obtestor corazs pauẽ do tribunali iusti iudicis dei. q̃m nemo nouit q̃ sunt homis nisi spũs homis qui in ipo est. quatinus iuxta regulam xp̃i. in hac re a fructibus meis me cognoscant. Et si quid in doctrina vel opatõe/ falsum impudicũ nefariũ ve deꝑhendetur/ non refugio/ iudicer tũc lupus rapax in vestimento ouiũ. Si auẽ fructus operis boni cernuntur extrinsecus. non damnek postulo arbor intentõnis de malicia intrinsecus. Altoq̃ peccatum incurrik temerarie dijudicatõnis fraterne. ⁊ scandalũ ponik paruuk. quorũ aduentus p̃ ꝰ ad xp̃m nõnunq̃ impedik. Portabit q̃sq; tãb erit/ onus suũ imposterũ. ego liberaꝫ extitero. Et animaduertãt p̃cor obꝑuatores mei quãuz fiducie gerat animus meus in hac causa sibi bene cõscius qñ ipos etiam tot paruulos (quoruz cõditio est. nil facile celare) testes habeo ⁊ inco. Sed hec hactenus ad alios. ¶ Pũc ad paruulos conuersus/ eos sapientie xp̃is cõfidens/ exhortabor. vt si quis puulus est veniat ad me nihil erubescat. nihil trepidet. nihil exhorreat. Audiat quisq; illa erit bona saltem q̃dam mea nita ex ore meo. si idipsum arrogo michi. Iure meo id possum nõ in me sed in dom̃io. Inducaz ad bonũ si potero. nominati iter cetera ad recogitandũ omnes annos suos in amaritudie animẽ sue. Et ad scopandũ spũm suũ scopa liguea ꝑ me. Et ad hoc tñ vel aliud nullũ cogam inuitum ꝓzie. Porro nihil de tacendis inq̃ram/ neq; ꝓsua/ debeo/ imo ꝓhibebo sociorũ vel aliorũ secreta ꝑdere. Nullus insup suspectam habeat fidẽ mea in obꝑuando tam signo q̃ verbo sigillũ cõfessionis integrũ. Scio q̃tum ꝓuilegiatũ est vellem vt confessi/ tanta se ⁊ me discretõe celarent neq; ꝑ quosdã inducerenk ad opositum/ curiositate ꝓaua fatuaq;. ¶ Sed extimescet aliq̃s/ penitẽtie austeritatem. Plane hoc. qz nullam nõ vltro sustinendã impono. Palo em̃ exemplo Guilhelmi parisiensis/ cũ ꝓaua penitẽtia volũtarie complenda/ mittere hoies ad purgatorij/ q̃ cũ inuita non facienda/ p̃cipitare in infernũ. Quis quis aderit peccatorũ suoꝝ quanq̃ grauissimo rum cõscius/ dicat cũ dauid nil omittens. Peccaui. Dixi subiũgam. peccatũ tuũ transtulit a te deus. non vltimum in penitẽtia punctum habuisse crediderim si ꝑfecto ore abominata est iniquitas hoc est ad vomitũ confessionis deducta. ¶ Alius fortassis estimabit me eũ ofurũ vl̃ꝑzeturuz postea/ cuius scelera cognonero. Certe nihil minus. amabo eũ potius vt filiũ in xp̃o charissimum. vt eũ p̃terea quem timere deũ. et bonum purgatũq; factum sciuero. vt euz subinde qui mee fidei se ita totũ cõmiserit/ vt ea proderet mentis vulnera indecora: que charissimis forte

parētibus nequaq̄ ostendisset. Et ita sentio in corde meo scit veritas q̄ dulcius afficior atq̄ mā suetius ad illos quos e magnis & grauib⁹ crimi num piculis eruditos esse conspicio/q̄ ad alios minus sauciatos. Nullas denīq̄ vindicatōnis aut odij reliquias vnq̄ in animo residere pmise rim/p confessione cuiuscūq̄ delicti. etiaz si pro pria moꝛs parentum delictum illud esset. Scio tamen q̄ non potest a confessis/omis repēte pu doꝛ abijci. Sed hoc neq̄ necesse neq̄ vtile est. vincet tandem illū pudoꝛem ratio. & ista interiz confusio ad non mediocrem pene dimissionez p ficiet. Nonquerē alius & dicet frigidus sum & indeuotus. quid mihi pdest confessio. Et sa/ ne esto. ita sit. tanto diligentius accedere conue nit ad ignitū eloquiū dei vehemēt. Accede ad hunc ignem calesces plus satis. Video sepe mł tos frigidos i inicio: qui etiam colloquiū tale su per actibus suis vel hoꝛrent vel rident/ & disce dunt calentes consolati & vbertim flentes. Obtigit mihi crebꝛius talis mutatio. Olim quoq̄ circa soꝛores germanas. dum eas ad celi batum ppetuum inducerem: tale aliquid carna le patiebar. turbabat nonnūq̄ me & rōes meas omnes/tumultus vulgaris cōsuetudinis. inso lium mihi pponebaē id quod agere moliebaē mea deuotio. Fluctuabam & nutabam. & pene q̄rebam dissoluere sanctitatem ppositi ac retro pedem flectere. Quousq̄ tandem deo pꝛopicio cōuertebam oculos a terra in celū. a moꝛte hac ad vitam/a moꝛtalitate ad eternitatē. & conside rabam in ipa ratōnis arce & fidei lumine. q̄niaz vanitas vanitatū & omia vanitas. Sic respira bam solidabar firmabarq̄. Quo magis hoꝛtan di sunt omnes: vt hoc mō. nō populari rumoꝛe vel consuetudinis erroꝛe sed pure veritatis cō/ siderationē/id quod iustum est & religiose factū ¶ dijudicent. nec q̄d animus in p̄senti sentiat. sed q̄d sentire debeat attendāt. Ceterum solitus fuiz nec tacebo/confessos mihi specialiē instituē read quatuoꝛ obseruanda. Nam quo ad crimi naq̄ ceteris detestoꝛ in eis os mendacijs & piu/ rijs detractionibusq̄ deditū. Phanus q̄z violē tas & rapaces. Tactus denīq̄ libidinosos max ime mōstruosos. damnatosq̄ legibus. Ppri/ mum obꝑnandum est vt summope sibi caueant ne deinceps sint occasio ruine & damnationis aliorū. quoniā istud est ꝓpꝛium demonis offi/ cium. Hō iussum est. Si non caste. tamen caute hoc est secrete & solitarie sine lesione vel scanda lo cuiuscūq̄. Secundū est. vt seductos olim abeis/aut suos in malū complices/studeāt quā/ tum discrete potuerint ad emendatōnem redu/ cere. imo & alios p eis. quatinus & ipi qui pus demonum/nunc p boc angelorū fungāē officijs Tertiū est vt si peccauerint de cetero (pꝛout est humana fragilitas) semp tamen adhibeant tempe & loco ipm ꝓfessionis antidotū. q̄ nichil esse valituꝝ obtestoꝛ iterū & iterū. si non fuit in tegra & sufficienter explicans atq̄ dinumerans cognita ꝓfitentis peccata. tam circūstantijs in xime eis que peccati spēm mutant. Quartuz est. Indico nempe singulis non obligatoꝛie sed exhoꝛtatoꝛie sepius. vt teneant facilem quādaz obꝑuatōnem p omni tempe vite sue. tam pꝛo re memoꝛatōne & quadam satisfactōne peccatoꝛū integre simul confessoꝛū/q̄ p cautela aliqua fu turoꝛū. Vtoꝛ vo cōmuniter hoc modo. vt dicāt singul' diebus bis Pater noster & Aue maria se mel de mane & semel de sero. cum totidem pstra tionibus ad terram. si & vbi cōmode fieri potue rit. Raro autem muto in hoc p magnitudine & varietate criminū diuersitatem hmōi obserua tionuz. quoniā vix istud fieret & in alijs peniten tijs secretioꝛibus potest scrupulosius varietas talis tradi. Q si in hoc innocentes cū nocētibus exequem/non cōqueraē innocentes. quia non minus obligati sunt q̄ ne similes essent nocenti/ bus/ipe ꝓhibuit manutenuitq̄. Hanc vero quadruplicem institutōnem p paruulis/metro ludens comꝑhendi: vt eas altioꝛi mente repo/ nant. Non ope aut verbis. alios coꝛrupis vnq̄ Sit satis ipa tibi pditio ppria. Si quos pdide ris monitis actis ve nefādis. Discrete ad rectū moꝛ reuocare stude. Nō pudoꝛ obsistat/tua q̄n confessio plene. Crimina scita notet. vł nocet il la tibi Tu de confessis gratus: tu ne recidiues Signo aliquo facili/iugiē esto memoꝛ Ad ex tremum vsq̄quo paruuli diligitis infantiam? Ut quid diligitis vanitatem & q̄ritis mēdaciū? Venite fidēter. nulle viarum insidie. nullus la tet anguis in herba. Cōmunicabim⁹ mutuo bo nc spūalia/quia tempoꝛalia vestra nulla requi/ ro. Ego vobis doctrinam. vos michi oratiōnē impendetis. imo oꝛabimus p inuicem vt saluē mur. Sic angelos nostros vicissim letificabim⁹ in quoꝛum solennitate hec scribo. Sic foꝛte. nec iam foꝛte. sed certa spe misericoꝛdiam inueniē⁹ apud patrem nostrum. dum obediem⁹ voci sue in accessu nostro ad eum. ego pꝛouocando/ vos exequendo. Nec deerūt pij/gratie & deuotōnis amplexus/in pꝛesenti miseria consolatoꝛij/post modum glorie consummate perpetua vnitas sē sequetur. Ad quam nos omnes/qui spiritu par uuli esse debemus/inuitat ipe iesus spūali collo cutione & afflatu iugiter inspirans & dicens Si nite paruulos venire ad me.

Incipit opusculum

eiusdem de ꝓtractibus ad instantiā p̄oris & con uētus domus carthusie in sabaudia. Anno do/ mini. M.cccxx. Mense Januarij.

Incipit pꝛoemium.

S Qui volũt diuites fieri incidunt in laqueũ ⁊ temptatõnem diaboli/et desideria multa ⁊ inutilia ⁊ nociua. que mergunt homies ad interitum ⁊ pditõz. Radix em̃ oim malorum est cupiditas quam q̃dam appetentes/errauerũt a fide. ⁊ inseruerunt se multis doloꝛib⁹ Tu vo o homo dei hec fuge. Hec est apostolica ammonitio conformis sententie christi. Nõ potestis deo seruire ⁊ mammone. Vz ve filijs Adam post peccatũ. quos oportet transire per viam contractuũ ciuiliũ. vbi meum ⁊ tuum perstrepunt ⁊ altercant. Vbi dolos fraudes laqueos deceptõnis/spergit ⁊ abscondit inimic⁹. duz iniqua rebus p̃cia suadet imponi. dum non satt attendũt homies quod ait Guido carthusien̄. Rationalis creature vera pfectio est. vnamquã q̃ rem tanti habere quãti habẽda est. sicut pluris est anima q̃ esca: fides ⁊ equitas q̃ pecunia Quo fit vt spirituales etiam dei homies vix euadunt pricula. licet nolint diuites fieri. licet dicant ex sentẽtia/habentes alimenta ⁊ quibus tegamur/his contenti simus. Incumbit siquidez eis/vel p se vel p suos/ambulare viaz que dura est ⁊ anfractuosa contractuuz. plena laqueis. et funibus circũplexa peccatoꝛũ. Vz tales igit q̃d agent/qualiter obedier̃ apostolo iubẽti. Tu vo o homo dei hec fuge? Nunq̃d debuerãt put alibi loquit extra mundũ exisse. nedũ animo ꝑ corpoze qui nec fodere valent. ⁊ mendicare erubescunt. ⁊ de altario viuere habẽt Actuero pꝛouidit idem apostolus dũ pꝛioꝛibus verbis continuo subiũxit. Sectare autem iusticiã. Hec est em̃ que cõmutatõnem omnẽ equo p̃cio mensurat numerat ⁊ ponderat. Justiciam vo docet ipsa sapientia. p quam se teste/legum conditoꝛes iusta decernunt. Hinc illa sapientissima Salomonis oratio. Dirige sapientiam de celis sanctis tuis. vt mecum sit ⁊ mecum laboꝛet. Vbi sit ⁊ ipsa nobiscum volentibus inq̃rere que sit via regia cõtractuum ciuiliũ ad euitandas offendiculoꝛum tendiculas Commouit hoc attempta re petitio quoꝛũdam hominũ dei casum offerẽs pplexum apud eos quos exaudire charitas iussit ⁊ inclinauit sapientia pollicens, qui elucidãt me inquit / vitam eternam habebunt Erunt autem partitões due. Pꝛima resoluet materiaz contractuum ad terminos iuris diuini ⁊ naturalis. sub q̃ntuplici quaternario cõsiderationũ Altera sub totidem ppositionib⁹/particularem casum qui petitus est attinget ⁊ absoluet.

Explicit pꝛoemiũ. Incipit tractatus.

Sequit prima pars

pncipalis. Incipit pꝛimus quaternarius.

Consideratio I

C Ontractuũ bonitatẽ aut maliciã/docꝛinaliter inuestigare volentib⁹/necesse est in pmis cognoscere q̃d nois. ⁊ quid rei. quid .s. sit ꝓtract⁹. ⁊ de cõtractuum ipẽbus. Vz Tradit hoc aristotiles esse pmum ⁊ pꝛium in omni disciplina siue sciẽtia q̃m ignoꝛantes terminos/defacili palogisant. Potest autẽ contractus ita bꝛeuiter describi Contractus est cõmutatio ciuilis legitima. Cõmutatio ponit ꝑ genere. Ciuilis addit ad differentiam mutationũ naturaliũ. quas considerat pbia natural. contractus em̃ spectat ad ethicaz siue moꝛalem philosophiã. Subiũgit legitima id est legi cõformis/ad dr̃am ꝓtractuũ illicitoꝛ vel illegitimoꝛũ . Vz Innẽta est aũt cõmutatio ciuil⁹ post peccatũ. q̃m status innocẽtie habuisset omia cõmunia Rursus cõmutationum ciuiliuz multiplices sunt spẽs. Una est venditio. altera est emptio habentes se coꝛrelatiue adinuicem. venditio in agente ⁊ emptio in recipiente. Locatio ⁊ ꝓductio. sic̃em habentes coꝛrelatõez Mutuatio actiue ⁊ passiue sic̃r se hñtes coꝛrelatiue. Datio liberal⁹ ⁊ receptio gratuita. Potest iterũ extendi cõmutatio ciuil⁹ ad matrimonialẽ ꝓiuctõnem maris ⁊ femine. de q̃ nihil ad pꝛsens Constat igit q̃ ꝓtractus est spẽs iusticie. nedũ put est general⁹ ꝛtus. sed spẽalis. ⁊ spẽali⁹ illiud que dicit iusticia cõmutatiua. Propterea si debeat plena resolutio fieri necesse est puenire ad diffinitõnem iusticie. ꝑ dr̃as intꝛmedias. Unde qz cõmutatio ciuil⁹/ non hz fieri nisi p translationem dominij vel vsus vel vtriusq̃: consequẽs est vt sciat quid sit dominiũ. ⁊ q̃d dr̃s. ⁊ q̃r sunt species dominij? Vñ dominiũ ptãs est ppiqua assumendi res alias vel vt alias/in sui facultatẽ vel vsum licitum ꝫm iura vel leges/ratõnabiliter institutas.

Consideratio II.

C Ontractus er quo est cõmutatio ciuilis legitima. ⁊ legitimũ dicit q̃ est conforme legi. necesse est cognoscere quid sit lex/quales insup ⁊ quoꝛ sint eius species. fundat vt pcedens. Leguz nempe alia est pure diuia. alia est pure natural. alia canonica. alia pure positiua. alia ciuilis pure ⁊ ipsa positiua. Sunt ⁊ alie mixte ex aliquibus pꝛedictis legibus. Vz Ignoꝛatis itaq̃ vel non considerats hmõi diuisionibus et diffinitõnibus/nõ põt haberi certa ⁊ pfecta resolutio. notificãs diffinitoz ꝓtractus. Quid pterea dicat meum. q̃d tuũ. neq̃ ꝑ ꝓsequẽs q̃s ꝓtractus sit licit⁹ vel illicit⁹. licit⁹ vt illicitus ineq̃ de se vel suo genere aut ex solis accidentalibus circũstantijs. q̃ non cadunt sub arte. Sed quoniã alibi tradita est ꝛõ compendio ista resolutio/ illam ad pꝛesens non repetimus.

Consideratio III

Contractuum diuisio/species ⁊ sufficientia/sic haberi possunt. ⁊ expedit agnoscere. Aut em̄ p ꝓtractum transfert dominiū. aut solus vsus. ¶ Si ꝑmo modo hoc est duplicit. qz vel fit mediante ꝑcio. ⁊ sic sunt due spēs cozrelatiue. emptio ⁊ vēditio. Vel fit sine ꝑcio. ⁊ ita sunt due spēs cozrelatiue mutuatio actiua ⁊ passiua. Vnd mutuuz dicit quia de meo facio tuum. Potest addi tertia species. que ꝓprie non est contractus sed est liberal' datio seu donatio vel elemosyna. Additur quarta species que dicit campsio seu cambium. vbi fit translatio dominij de aliqua re ad aliam rem. remanentib⁹ ambabus in sua essen/tia. vt vini ad frumentū vel vestis a sotularem. vel pecunie ad pecuniā/cuius hec species reducatur ad emptōnem vel venditōnem. Vel si solus transfert vsus/redit ad locatōnem vel conductionem. cōmodatōem vel accōmodatōnem ¶ Si aūt contractus sit talis ꝟtute cuius transfertur vsus rei/retēto dominio. hoc cōtingit dupliciter. Quia vel hoc fit sine ꝑcio mediante. et sic sunt due species cozrelatiue. cōmodatio ⁊ accōmodatio. Aut fit mediante ꝑcio/ ⁊ sic sūt due species cozrelatiue. locatio ⁊ cōductio. Potest addi tertia species que dicit censualis pensio vl' emphiteosis. vel datio ad firmam. Adderetur quarta species que est impigneratio. nisi q ibi non est ꝓprie translatio. sed tantūmodo depositio ꝓ securitate mutui vel cōmodati vel credi ti. ¶ Deniq; notari potest: q in aliq̄bus rebus non est dominiū sepatum ab vsu vt in pecunia numerata cuius dominiū est vsus. alioquin frustra essz. Ut insup ecōuerso i cibo. cuius vsus ē ipa rei consumptio/ Et ita ꝓprie non sepat hic vsus a dominio. Vnde consurgit nō parua turbatio apud aliquos nihil habere se dicentes in ꝓꝑio vel in communi.

Consideratio .iiii.

Contractuū diffinitōnes in speciali tales possunt elici ex p̄missis. ¶ Venditio est contractus: p quem fit translatio dominij alicui⁹ rei de vno ad alteruz/ꝑcio legitimo mediante. Ita q ibi est merx ⁊ ꝑcium. ⁊ emens ⁊ vendens. Nec refert si sint plꝰes emētes vel vendentes vt in cōmunitate. Et dicitur merx aliq̄ pecunia. aliquādo ius ipam recipiē di. aliq̄ est ꝓprium corpus/serui alicuius. Mutuatio est cōtractus p quem fit translatio dominij ad alterū/nullo ꝑcio mediante. nō quidem ad semp vel p semp. qz iam esset liberalis donatio. ¶ Campsio est cōtractus p quē fit trāslatio dominij vnius rei ad alterā. sic q vna est p cium alteri⁹/nec differt merx a ꝑcio. Et inde cōsurgit dra ab emptōe ⁊ venditōne cōmunit' dicis. vbi ꝑcium ⁊ merx distinguunt. Bonū est trāslatio rei ab vno in alterū liberal' ⁊ irreddibil' non em̄ pactio est vel intentio/ q fiat redditio. qz iam non esset donum pure gratuitū. ¶ Rursus cōmodatio est ꝓtractus p quez fit trāslatio vsus rei de vno ad alterū nullo ꝑcio mediāte re tēto dñio. ¶ Locatio ē ꝓctus p quē fit trāslatio vsus rei de vno ad alterū/aliquo ꝑcio mediāte retento dominio. ¶ Censual' pensio vidz mixta ex venditōne ⁊ emptōe. locatōe ⁊ ꝓductōe. qm̄ fit ibi q̄dam translatio dominij rei ⁊ vsus sui ad tpus solum. vel cū certis modificatōibus appositis. ¶ Possent ex his elici descriptōes illicitorum ꝓtractuū. posset etiam fieri ꝟbum de p̄missis p metaphoꝛā ⁊ translatōnem ad spūalia. vt dicimus regnum celoꝛum emi. ⁊ q deus recipit ad vsuram/sed omittimus. ¶ Postremo q̄niaz susceptio ꝓsentis opusculi. ꝑncipaliter est nō de quolibet cōtractu plene loqui. sed ad inuestigādum quis ꝓtractus vere dicat vsurarius. vt radicitus ⁊ apte possit cognosci/curabim⁹ causas aliquas remouere/ꝓpter quas posset videri aliq̄bus q contractus aliq̄s esset vsurarius vel illegitimus siue nō licitus. loquentes p̄cipue de legitimo vel illegitimo ꝟm legem pure diuinaz vel pure naturalem. ꝓsupposito lapsu generl humani seu peccati. Et p̄mo de vēditōe ⁊ emptiōe fiat ꝟmo ⁊ hoc in secūdo quaternario nostraruz considerationum.

Incipit scōs quaternarius.

Consideratio. V.

Venditōnis ⁊ emptōnis ꝓtractus/nō ideo p̄cise dicit illegitimus. qz sit vtilioz vni parti q̄z alteri vt vendenti q̄z ementi vel econtra. ¶ Posset aliq̄s opinari ꝓtrarium. qz contractus species est iusticie cōmutatiue. que respicit equalitatem rei q̄ vendit'. ad rem que emit'. vt ꝟetur equalitas iusti p̄cij. ꝓpter quam eq̄litatem. facilius obseruandam. inuenta est moneta vel numisma l' pecunia. sicut pulcbre deduxit ꝓbus ⁊ facile ē aduertere ꝓsideranti distantias locoꝛū ⁊ varietatem. nunc abundantie. nūc indigentie in reb⁹ cōmutādis. Nihilominus apparet veritas nostre considerationis in ꝓctica vulgata ⁊ approbata p omnes fere natōnes. dum vendunt' ⁊ emunt' redditus ꝓpetui vt decem denarij reddituales ꝓpetui/p centū vel ducentis in pecunia numerata. Constat in hoc casu quotidiano/q ifra. xx annos emens poterit recipe totam pecuniā tradita: remanente sibi sua possessiōe ex integro. imo facta fortassis meliozatōe. ¶ Sunt alij casus ostendentes veritatem hui⁹ ꝓsideratōnis. ꝑ hic vnicus ad p̄sens sufficiat. Vnde textus Lc. xix. sic habet. Qui vendiderit domum suaz intra muros vrbis/habebit licētiā redimēdi donec vnus annus impleat'. si non redemerit et anni circulus fuerit euolutus/ emptoꝛ possidebit

eam. ⁊ posteri eius in ꝑpetuum ⁊ redimi nō po terit etiam in iubileo. Notenꝫ hec tria. ꝓmo q̄ venditio ꝑpetua licita est. Secundo q̄ vēditionem non inficit cōditio redimendi. Tertio q̄ si emptor post decem vel viginti annos velit vē dere illud quod emit suo venditori qualicūq̄ p̄ cio. non tenetur fructus medij tempis deduce re in p̄cij recompensatōnem.

¶ Consideratio. VI.

Enditionis ⁊ emptōnis cōtract⁹ non ideo p̄cise dicitur illegitimus / q̄ res vendita potest ad certum tempus re dimi seu retrahi lege super hoc cōsti tuta. ¶ Dicentes oppositum / condemnarent su premuz legislatorem deū in legibus suis iudicia libus / datis p̄ moysen populo iudeorū sicut est textus apertus Leui. xxv. mox allegatus. vbi patet q̄ vendens hereditatez poterat redimere imo ⁊ sine redemptōne reuertebaꝫ hereditas in anno iubileo. Cuncta inquit regio possessionis vestre / sub redemptōnis conditōne vendetur. Hec autem lex inducit hic / non q̄ obliget p̄ nūc populū christianum / nisi p̄ quanto nouiter insti tueretur p̄ legislatorē legitimū / in ista patria vt̄ in illa. sicut ⁊ factum est de multis legibus iudi cialibus legis antique. quemadmodū preterea leges ciuiles non artant in foro eccl'astico. nisi p̄ quanto p̄ legislatorem ecclesiasticū firmate sūt. Sufficit aūt ad ꝓpositum monstrasse p̄ licitā le gem veterē veritatem nostre considerationis. q̄ scz de lege pure diuina ⁊ naturali / contra quas agere nusq̄ fas est. non habeꝫ q̄ de ratōne ven ditionis licite sit q̄ non valeat redimi res vēdi ta. sic q̄ non interponaꝫ conditio redimendi le ge publica vel priuata voluntate.

Consideratio VII

Enditōnis ⁊ emptionis contractus / nō ideo p̄cise dicit illegitimus / quia pactum potestatis redimēdi rem vē ditam ad tempus certū vel incertum vendēs ⁊ emens interposuerūt. ¶ Sequit ex p̄ cedenti. quia si iusta lege publica / potest huius / modi cōtractus fieri non repugnat legi diuine vel naturali q̄n ita fieri possit lege vel ꝙuentōne ꝑuata quicūd sit alicubi de ꝓhibitōe positiua.

¶ Consideratio. VIII.

Enditōnis ⁊ emptōnis contractus / non ideo p̄cise dicit illegitimus iure diuino ac naturali / dum ꝓpter liber tatem redemptōis vendite rei. res ip sa minoꝛi p̄cio vendit vel emitur. ¶ Deducit ꝑmo p̄ institutōnem legislatoris publicaz si fiat ex hoc mensuratio p̄cij ꝑm ampliatōem domi nij sup rem emptam. Constat em̄ q̄ in casu con / sideratōnis / cedit res empta / ipi emptori in mi / nus ampluz dominiū / q̄ si non posset redimi. et econtra venditor non ita plene denudat se tōta liter a dominio sue rei quam vendit. Si igit̄ po test p̄cium augeri / dum ius vel dominiū est pin guius latius ⁊ vberius / dominio diminuto: po test ⁊ p̄cij diminui. ꝓ quo facit̄ textus Le uiti. xxv. qui sic habet. Quanto minus tempus numeraueris: tanto minus emptori constabit. ¶ Confirmaꝫ ex consideratōne contractus qui est locatio vel conductio vbi fit translatio solū? vsus retento dominio. Quis em̄ nesciat tempus ri vel augeri p̄cium / iuxta tempis ⁊ vsus cōmo ditatem maiorem vel minorē? ¶ Elicit̄ ex simil sis hec veritas: q̄ non est de intrinseca ratōe vē ditōnis aut emptōnis / q̄ fiat sine lucro alterius partiū / ⁊ sine spe vel pacto redemptōnis seu re tractōnis p̄ vendentem aut eius cām habētes.

Sequit nunc videre

quid de iure positiuo sit vel esse potest de ratōe contractuum. Et hoc in tertio quaternario con sideratiōnum.

Incipit tertius quaternarius.

¶ Consideratio. IX.

Rbitrio legislatoris / subiacet contra ctuum modificatio: limitatio vel am plificatio. ¶ Deducit ex hoc. Quod legislatorem spectat legum institutio Formalis autē ratio contractuū / consistit in cō formitate ad leges. sicut patet ex diffinitōe con tractus que est cōmutatio ciuilis legitima. id ē conformiter ad leges facta. ¶ Vnde contractus matrimonialis de quo minus videt / cum sit de iure naturali. subijcit tamen arbitrio legislatoris scz pape vel ecclesie. alioq̄n non posset fundari illegitimatio quorūdam ꝓsonaruz ad matrimo nialem contractum. Imo ⁊ arbitriū tale legisla toris extendit etiam ad forum cōscientie ⁊ peni tentie. vt non quilibet peccator possit se cuilibet sacerdoti se subijcere / ad consecutōem sacramē talis absolutōnis. ¶ Consideratio X

Rbitrio legislatoris fas est. quando expedit ⁊ decet / contractus aliquos nunc validare nunc inualidare. p̄ pozum. locorū. ꝓsonarum ⁊ aliarum circūstantiarum / variata qualitate. ¶ Deduci tur ꝑmo p̄ exemplum legislatoris supremi dei. qui licet multa iudicialia statuerit in antiqua le ge p̄ regimine populi iudaici: nichilominus sic tempauit illa iudicia tempore legis euangelice / q̄ illa cōmisit illis quibus ait. Qui vos audit: me audit. Et p̄ apostolū suuz. Omnis anima po testatibus sublimioribus subdita sit. Et ad hoc est sententia concors omniū doctorū. imo tot ecclesie. Vnde qui diceret hoc argumentuz esse validū. Lex antiqua iudicialis sic vel sic dice bat p̄cipiendo vel ꝓhibendo / ergo taliter nunc

agere christiani tenent falleret. quonia hec consequentia/nedum falsa est sed hereticalis. Ex quo sequit hec veritas q dum redimitur heres ditas vendita/non est necessariu deducere fructus medios pceptos. nisi hocalia lege q̄ antiqua fuerit institutum.

Consideratio XI

Arbitrio legislatoris humani non est possibile quoslibet cōtractus ita suis legibus moderari quin subsequi possit multiplex abusus. Sunt ad h̄ auctoritates iuriu plures t experimento quotidiano cognoscimus. Non tamen frustra conat legislator ad moderatōnem contractuu dum facit quod in se est/ad pclusionem abusuum. condendo leges vniuersalr positas. que quales esse debeant Isidorus ponit. Nihilominus obseruandum est illud comicu. Ne quid nimis. Et illud sapientis. Noli esse iustus nimis. Videmus em in pluribus q multiplicatōes institutionuz t penaru sic inuoluunt populos/q fit eis iuguz intolerabile t inuolutio laqueoru. Exemplum datum est alibi in materia symonie. t hic potest accipi in materijs vsararu/quibus dum querit aditus precludi/condemnant multi contractus qui fm legem dei non sunt vsararij nec illiciti. t essent vtiles tam reipublice q̄ psonis. Exemplum est pterea de casibus in foro penitentie. t similibus alijs de quibus alibi.

Consideratio XII

Arbitrio legislatoris conuenit neduz leges in contractibus ponere. sed positas interptari. non tantu doctrinaliter vt iurispiti possunt sed autorita tiue t iudiciali. Est itaq legislator tanq̄ lex viua director et epykeyes. dum t vbi puenit circa leges difficultas ex circustantiaru varietate que sunt innumerabiles. nec cadere possunt sub arte vel lege quia p accidēs sunt. Hinc est illud vulgati autoris. Ipe etiam leges cupiunt vt iuuent regantur. Elicitur ex his altera veritas q vbi sup bonitate vel malicia quoru̇dam contractuum/difficultas talis exorit qualis nō potest doctrinaliter determinari/recurrendum est ad arbitrium vel interptatōnem legislatoris. pserneduz humana sed diuina in scrinio pectoris et tim supremi t ecclastici qui censet habere iura. vbi papa deficeret/cōcilium generale habet supremum iudiciu iuxta veritatem in generali cōcilio Constan. determinata t in hac lege diuina immobilit fundatam. Si peccauerit in te frater tuus t̄. sequit dic ecclesie. Subiungam' in speciali de vsurario contractu sub quarto considerationum quaternario.

Incipit quart' quaternarius.

Consideratio XIII.

Vsurarius contractus/repugnat legi diuine t naturali: sic q ex suo genere malus est. nec potest bene fieri. Exemplum de mendacio ponunt aliqui Et ad hoc est sententia cōmunis doctoruz. Ari t philosophus naturale iudiciu sequēs posuit contra naturam esse vt numus numum pariat. In psalmis quoq t pphetis satis innuit. Si quis ad beatitudinem velit introire/q pecuniā suam nō det ad vsuram. Christus denicq dixit. date numu nichil inde sperantes. Et ad hoc sunt cōgruētie plures date p doctores propter inconuentia que reipublice prouenirent ex vsuris si licite dicerent. Unde t homo nascit ad laborem. sicut habet in Job. Est ergo contra naturam homis vt sine labore velit viuere. quod fit in vsuris. Nam t adam in statu innocētie positus erat in paradiso vt operet t custodiret illum. Et post peccatu dictum est illi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quinetiam recipientes ad vsuram dum pecunia ꝓmptam inueniūt/facilius cōsumunt t exponūt t ocio vacant t tandem graui pauperie p os alienum cōsumunt. Verūtamen iste t cōsimiles ratōes deducentes ad inconuentia non vident sat cōuincere volentem pteruire Quia poneret ex aduerso multos casus/in quibus magna vtilitas t quasi necessaria sequeret: tam in dante q̄ i recipiēte. sicut allegant aliqui de mēdacio officioso. Et alij de simplici foznicatōne. Dicerent insup verbum christi nō esset pceptum s cōsilium Similit ad illa que subiungit t ꝓmittit dum p/dictum verbum dixit. Date mutuū Nihilominus veritas ista tenenda est tāq̄ ex fide t ecclesiastica determinatōne sicut t de mendacio. qd non possit bene fieri. quia p doctrinam oppositā qualis fuit apud grecos multos/si admitteret officiosum mendaciu/tota scripture sacre (sicut dicit Aug'.) vacillaret autozitas. imo depiret fidelitas t fidelis conuictus apud homies. Non em oportet ꝓpter vtilitates que p accidēs possunt accidere/ea dicere bōa que p se t de suo genere mala sunt. t que confestim nominata (sicut Aristoteles loquit) sunt inuoluta malicia. sicut furtum quod est contrectatio rei aliene/ bñ fieri est impossibile. q̄uis furtum possit fieri non furtum: accedente consensu domi. Similit diceret q vsurarius contractus inualidus est p legem supiozem diuinā. t ita illegitimus est vt sit fur/to simil: dum pecunia vltra sortem recepta con/trectat inuito domio saltem ꝓncipali. s. deo quecunq sit voluntas recipientis ad vsuram. q̄ verisimilit est inolūtaria p se. sed volūtaria p accidens. sicut est in ꝓiciente merces/imminente naufragio. t sicut consensus in matrimoniuz p metum cadentem in constantem virū. qui cōsentit ne mentiat vel moriat. Est em consensus iste

inualidus ad matrimonialem contractū. Similiter diceret de vsurario contractu. Quāuis nō sit euidenter ostensum quin maneant difficultates satis multe.

Consideratio XIIII

Vsurarius contractus/ sicut in antiq̄ lege toleratꝰ est. ita possit in noua p̄mitti/sed sub certis modificatōibus. Non q̄dem vt esset licitus ꝑ ne deterius eueniret. Exemplū de libello repudij i antiqua lege p̄misso. qui nunc̄ fuit licitus. Sic p̄mittebant dare ad vsuras nō p̄ximis suis ꝑ alienis. c̄uis sup hoc sit varia doctorū locutio. propter verbum Ambrosij. Vnde textus Deuter. xxiij. sic habet. Nō fenerabis fratri tuo ad vsuram. nec fruges nec quamlibet aliam rem. ꝑ alienis. Exemplum p̄terea de meretricibus. que tolerantur/non approbādo quod faciūt. sed nō puniendo. Quo circa posset inquiri si tolerātia talis sufficiat vt vsurarius faciat lucrum supra sortem esse suum. sic q̄ non teneat ad restitutōz licet peccet/sicut meretrix non tenet ad restitutionem pecunie lucrate p traditōnem fedi vsus sui corporis/inuito domino. s. deo. Responsio forte danda esset ꝑm duplex forum. s. conscientie intrinsecum. et extrinsecuz duplex. vnū ecclesie aliud secularis politie.

Consideratio XV

Vsurarius contractus habet fieri p̄cipaliter in mutuo pecunie. Dicitur enim vsura quasi vsus eris. Mutuū vo dicit. quia de meo facio tuum. Et hoc p̄cipue cōtigit in pecunia/in qua dominiū et vsus rationabiliꝫ distingui non possunt/quoniam vsus pecunie/est eius consumptio. et ita dominiū tranfit cum vsu. Propterea manifestatur iniquitas vsurarij. quia de pecunia que nō est sua sed alterius facta p mutuatōem/suscipit incrementū pecunie. quam exigit vltra sortem. vel aliud emolimentū ex pacto. Utrum autem sine pacto cōmitteret vsura saltem in foro conscientie. distinguendū esset p varietate casuum et intentionum. Constat em̄ q̄ recipiēs mutuuz tenet p legem amicicie et beniuolētie suo mutuanti quandā amicabilem beniuolentiam quam potest intendere et expectare ille q̄ mutuum dat etiam p exhibitionem exterioris boni vel officij vt q̄ in casu simili recipiet ab illo mutuum vel aliud amicicie bonum. Nec mirum cū in simplici et liberali dono sic inueniat. dum tamen p̄ncipalis intentio sit donare. etiam vbi spes redonationis vel redditōnis nulla esset. Sic ad p̄positum de mutuo vbi nihil spe randū est iuxta ꝓbum christi. suple p̄ncipaliter vel ex pacto. q̄niam pactum de recipiendo/est pecunia mensurabile. et ita mutui contractꝰ inficit.

Consideratio XVI

Vsurarius contractus nominat̄ alicquando talis apud doctores vl̄ populum vel legislatorez. qui proprie et ex suo genere/non est vsurarius.

Occurrit exemplum simile de symonia de q̄ solet fieri distinctio q̄ quedam symonia est prohibita quia mala. et quedam mala quia prohibita. que distinctio sanū et scientificum requirit intellectum. quia iuxta veritatem/nihil est malum nisi quia prohibitum. Propterea papa nō potest facere de non symonia symoniā. licet non symoniam posset punire vel prohibere/ sub pena vere symonie debita. Sic in ꝓposito dum legislatores attenderūt contractus varios fieri/vendendo vel emendo/locando vel cōmodando in detrimentum reipublice/et in fraudem et fauorem vsurarū p̄prie dictarum/ prohibuerūt hmōi contractus illicitos et p̄niciosos reipublice/ sub penis vsure debitis. p̄cipue dum satis constat ex operibus de mala et fraudulenta intentōne contrahentium. vbi si constaret vl̄ cōstitisset legislatori/de bona et simplici et pura intentōe contrahētium/aut non tulisset tales leges. prohibitorias aut a suis legibus istos tales excepisset tāq̄ verus epykeies et director legis.

Sequitur videre de

potestate legislatoris in moderandis contractibus lege positiua sub quinto considerationum quaternario.

Incipit quintus quaternarius.

Consideratio XVII.

Iusta lege potest institui in aliqua patria: vt nulla fiat venditio reddituū ꝑpetua/quin possit redimi. vno modo vel alio. ad tempus vel ad semp.

Apparet hec veritas ex dictis in sexta cōsideratione. p textum legis antique. que tunc vtiq̄ fuit rationabil̄. et cuius simil̄ potest nouit institui. Si quis autē dixerit in antiqua lege cautum esse vt dum redemptio fieret/deducerētur fructus recepti medio tempe et ita debere statue re lex iusta/que redemptōnem hereditatis vendite concederet. Fatendū est q̄ hoc posset. attamen si non fiat. nihilominus poterit esse iusta. si p qualitate patrie et reipublice/cuz circūstantijs ceteris/videat expedire. vt videlicz succuratur et vna pte indigentibus pecunia pmptetur et puideat ex altera pte/ne distrahant hereditates et instabiles fiant de psonis in personas. et de heredibus ad non heredes/ p̄ꝫtim in feudis

Propterea repetit vt in plurib⁹ nullam esse venditōnem maxime hereditariā/q̄n lege statutum sit vel consuetudine firmatuz/vt saltem in

fra annum ⁊ diem/ venditor vel primus suus/ possit retrahere p simili summa. nō deducti etiā fructibus interim receptis. Qua in re firmatur vnum dictum pus ⁊ memoriter habendum/ q̄ non est de intrinseca ratōne venditōis vl' emptionis/impotentia vel nō facultas redimendi.

Consideratio XVIII

Iusta lege potest in aliqua patria p̄hiberi/ne dat in contractu venditōis ⁊ emptōnis/pactum inter partes/ de facultate redimendi. Posset alicui p̄ma facie videri repugnantia istius dicti ad precedens. quia si lex iusta potest dari de facultate redimē di. quomō non erit fas partibus pactum facere Sed responsio facilis est si cōsideretur intentio legislatoris ad p̄hibitionem taliū pactorū personalium. ne videlicz data libertate/abutantur in fraudem vsurariā. Interest em̄ legislator/ ne quilibet passim abutatur re sua. Vnde et apud paganos/etiam philosophos. stoicos nomina/ tim etiam apud massilien̄. qui sentiebāt (licz eronee) homiem seip̄m licite posse occidere/ propter infortuitum vel euadendum vel cauēdum Lex erat: ne hoc quisq̄ faceret sine iudicio publice autoritatis. Sic in ppōsito ⁊ similib⁹ multis dici potest/ q̄ aliqua licent lege publica/ que non licent autoritate propria.

Consideratio XIX

Iusta lege potest institui preciū rerū venalium tam mobiliū q̄ immobiliū tam censualiū q̄ non censualiuz. feudalium ⁊ non feudaliū. vltra quod preciuz non liceat venditori erigere. imo nec emptori dare. maxime p̄uata voluntate. Cum itaq̄ preciuz sit in contractibus tanq̄ mediū adequatiuum: ⁊ difficile sit tale mediū semp̄ inuenire. ppter affectiones varias ⁊ corruptas hominū. prorsus expediens est: vt illud mediū capiatur. prout sapiens iudicabit. sicut loquit Aristoteles de mentione q̄ legislator. Nullus autem debet censeri sapiens cipue quantū possibile est/iustum p̄cium statue re. quale non licet transgredi/ p̄uata voluntate/ que debet coerceri vel ligari put reipublice deposcit vtilitas. Et vtinā p̄cia sit omib⁹ rebus essent imposita. que madmodū videmus in pane ⁊ vino/ q̄ euitarent altercatōnes nedū inutiles sed p̄iure ⁊ impie. quas experimur fieri quotidie inter ementes ⁊ vendentes. quod nō fieret si vnico verbo ⁊ absoluto statim diceret preciū. vt vlna talis panni/tantū valet. modium bladi tantū valet/hec canda vini/est huius precij. hic caseus tanti. ⁊ ita de similibus. tunc daret p̄ciū qui vellet qui nollet/abiret altercatōne dimissa Difficile est fatemur. sed tam salubriter factibile apud homines bone voluntatis. quibus ex h esset pax ⁊ gloria deo.

Consideratio XX

abijcit? Fit nihilominus stoliditate mirabili/ma=
gis vero miserabili/ vt clerus p auaricie cupidi/
tatem auertat a sorte sua deo suo.quẽ deserens ⁊
ab eius facie.passibus nõ tam corpis q̃ graue af
fectionis egrediens.primũ in se recuruus corruit
Stulta vere prauaq̃ mutatio.de deo in se. Nam
in se quid nisi vastum quoddã indigentie desertũ
inuenit aut sentit. Anima quippe sine deo.q̃d oro
est nisi horribilis quedã ⁊ inhabitabilis terra de=
serta inuia inaquosa vt̃ poti⁹ tenebrosissima que=
dam ⁊ profundissima miseriarũ abyssus? Ipse
terea clerus sic auersus a deo neq̃ iam cõsolatio⁹
nem aliquã.neq̃ refectionẽ aut satietatem ab eo
sentiens.quidni auertente deo faciẽ suam cõtur=
betur? Quidni ad tenebrositatis vespam veniẽs
famem patiat vt canes? Quidni querulus dicat
deo. Posuisti me contrariũ tibi. ⁊ factus sum
mihimet ipsi grauis? Itaq̃ fit sibimet regio ege=
statis.longinqua valde a peccatoribus sal⁹. Hoc
cupante igit regionẽ illam fame valida miserarũ
consolationum/falsorũq̃ bonorũ/ꝑditoq̃ gustu
uiui ⁊ veri boni/egredit iam homo ecclesiasticus
semetipsum/p exteriorũ quinq̃ sensuum portas.
quia nullibi peius hospitium/neq̃ amarius con=
sortiũ/q̃ in se ⁊ secũ inuenit.egredit fouas ⁊ con
gregat iniquitatẽ sibi. Egredit si forte videndo
audiendo/sentiẽdo/gustando/vel olfaciendo vm
bras aut picturas veri boni res sensibiles/afferat
sibi inde cõsolaciunculas aliquas quas subster=
nat anime sue egrotanti ⁊ saucie.ex quib⁹ pascat
concupiscentiam insatiabili auiditate vorace.cũ
filijs suis opibus carnis quasi totidem catulis fa
me rabidis. Sed exptus q̃ vere enũciauerit qui
dixit. Nõ saturat oculus visu/nec auris auditu
implet.repit cum Augustino omia miris amari
tudinibus respersa.quia iuxta satiricũ:plus alo=
es/q̃ mellis habent. Misera plane ⁊ digna sors.
vt electus clerus cũ cayn a facie dñi. vagus sit p⁹
concupiscentias suas.⁊ a ꝓtristantibus eum pro
fugus sup terram nõ viuentiũ in eternitate:⁊ mo
rientium in tempalitate. Deniq̃ cler⁹ sic auer=
sus a deo ⁊ cõuersus ad mundũ quid patit. Nõ
ne sentit ⁊ videt/q̃ amarum sit reliquisse dominũ
Sentit pfecto nisi sensum pdiderit. Nam adhe=
ret vni ciuium regionis illius.hoc est carni/q̃ de
mũdo nõ de supnis est vt spũs. Hec mittit eũ pa=
scere porcos sordidos brutales ⁊ furibũdos/desi
derio rum pessimorum.quibus dat siliquas ina=
nes voluptatũ. Sed quid dicit scriptura de a=
dolescente filio vnde pabolam sumpsimus. Cu/
piebat ventrem implere de siliquis quas porci co
medebant.⁊ nemo illi dabat. Onerat quippe ta=
lis cibus voluptatis/irritatq̃ famẽ non satiat.

Superest ergo/ vt quia satietatez in nulla re vna
repit/nitat euagari p varia ꝓpterea fit dispersus
multipliciter ⁊ inquietus semp hians semper ad
ampliora coaceruanda ne desit aliquid elaborãs
Semp nescio quid curte deest rei inquit satiricus
Finita sunt quippe oia. Anime aũt desiderius
⁊ os ⁊ venter.capaces sunt infiniti.ꝓpterea q̃c/
quid obiectũ fuerit nõ pl⁹ affert satietatis q̃ gut=
ta vna/gulpho vastissimo. Totus iste mundus
sensibilis/ad anime ventrẽ quid est nisi bolus exi
guus? nam si mille milia mundorũ adieceris /cuz
non implebunt. Patuit in alexandro in cesare in
alijs tyrannis. Ve misero mihi inquit alexander
cũ ex democriti sentẽtia inumerabiles mũdos au
disset/ego nec vnũ subiugaui. Idẽ de scientie cu
piditate. Exẽplum deinde senserũt qui tota stu/
diositate sua nihil aliud inuenerũt q̃ nihil scire ⁊
q̃ multa scire magna fatuitas. Porro quid mi
randũ si nõ satiat comedẽs in somnis. Vt loquit
Esaias.⁊ vt poete de toto fabulant. Sed et vm
bram ⁊ ventũ dentibus atterens ⁊ pascens/satu=
ritate qualiter implebit? Ideo bñ enũciauit qui
dixit aperitũ diuitiarũ esse infinitũ. Quidam et
tantalũ poete/⁊ cresum cũ innumeris diuitijs/hi
storia ꝓ exemplo posuerũt. Ecce cui assignata
erat sors vberrima sorsq̃ plenissima.dum derelic=
cta ea.vmbram ⁊ ventũ consectat tẽpalium cõ
modorũ vel lucrorũ.dum querit ea tanq̃ preciũ
quoddam hui⁹ cõmutationis dei cũ mãmona.ip
se neq̃ rem habet neq̃ p̃cium. Postremo cuz iu
da suspendit/strangulat q̃ laqueo tempalis soli
citudinis.intercipiẽtis spiñ vitalem gratie/ne in
teriora refrigeret.⁊ crepat medius ⁊ diffundant
oia viscera eius in terram. Fingo istud nisi assit
testis sapiens. Auaro inquit nihil est sceleti⁹ Se
quit. Proiecit em̃ in vita sua intima sua. Vul
tis accipe similitudinẽ vt dicit palpabilẽ ꝓ predi
ctis. Ponite ante oculos vestre considerationis
canẽ aliquẽ/mordicitus inter dẽtes gestantẽ frus
tum carnis.transnatet canis iste flumẽ aliqd̃/vi
deatq̃ vmbrã carnis in aqueo speculo.hic canis
vt auidum est animal/si hiando nitit vmbrã hãc
arripe vel glutire quid agit nisi vt verũ carnis ci=
bum pdat:elabit em̃/fundoq̃ mergit.nõ tamen
vanescente potitur. Aut si similitudo mag/pla
cet in hominibus. Recogitate aliquẽ in horto po
mifero positum.sup cui⁹ orti filices humi repẽtes
sup vrticas ⁊ vepres/iacianꝫ ab alto vmbre po=
morũ ex radiatione solis obiecta.q̃ta p̃cipitabitur
stoliditas in hoc homine/si spretis veris po
mis/ipse nitendo ⁊ serpendo pedibus manibusq̃
totus incũbat inhians apto ore sup hmõi vepres
⁊ vrticas/cupiens vmbratilibus pomis saturari
Quid ipse nisi vstiones puncturasq̃.quid nisi la
cerationes referet de toto conatu suo? Proficto hic est typus auari.qui spreto deo/ vero cibo
⁊ fructu/psequitur vmbras eius vmbratiles.sez

ea

diuitias/quas Jesus spinis quia cruentant ⁊ pũ gentibus curarũ aculeis vulnerant/comparauit. Itaq; nisi hec vmbra quasi somnialiter ⁊ vmbra tiliter fieret. sicut vnus poetarum dicit referente Fulgentio nõ cecinisset psalmista. Dormierunt somnum suum ⁊ nihil inuenerunt omes viri diui tiarum in manibus suis. Et rursus. Verũtamen in imagine ptrãsit homo. Minus quippe habet entitatis ⁊ pmanentie tempalitas eternita com parata/cũ somniũ auolans vel vmbra pertansi/ ens. si earum cũ tempoalitate cũtũlibet extensa fiat collatio. Talem (nisi me fallit estimatio) fo mauerant imaginem rerũ humanarũ duo philo sophi/Democritus ⁊ Heraclitus. quoꝝ alt mox vt ingrediebat solium domus/ridebat. ita nihil sibi serium vel ineptũ videbatur. Alter flebat/ ar bitrans omnia que gerebant miserrima. Talem Job talem ille qui introierat in sanctuarium dei imaginem pinxerat. Job dicit. Vidi stultum fir/ ma radice. ⁊ maledixi pulchritudini eius statim. Alter. Velut somnium surgentium domine ima ginem ipsoꝝ ad nihilum rediges. Cler⁹ vti nam sic sentiret ex intimis rerũ vanitatem. quod quia nõ facit tradit iesum. pretendens ex statu et nomine se habere solum deum in sortez hereditã/ tis a quo longissime piectus est p vitium cupidi tatis. Quod si vult regredi/formam habeat tam allegatam adolescentis. reuertat ꝺ exterioribus ad se. de se ad patrem. dicens. Pater peccaui in celum ⁊ coram te. Proditor nedum tui sed cuiusli bet creature. fac me sicut vnũ ex mercennarijs nõ mundi sed tuis. ne peream cũ iuda simonis scha riotis.

Secũda cõsideratio.

Ad imitatõnem iude. pditor est ecclĩasticus. qui corpaliter etiam ascriptus ad consortiũ ecclesiaz cq; sanctoꝝ/deserit illos corde nequã/transiẽs ad synagogam peccantiũ. Ibicq; symon existens. id est. merorẽ audiens. Hec fuit iniqua iude pro ditio. vt dum cum sanctis apostolis ⁊ maria ma tre iesu corpaliter versaret/ipse totus animo cuz iudeis/de traditione dñi sui/de desolatione cetus istius ptractaret. vt verũ sit illud p psalmistam. Etem homo pacis mee: qui edebat panes meos magnificauit sup me supplantationem. Imitã tur aũt eum qui sunt ex pte illius. quoꝝ conuer satio corpalis cũ catholicis/mentit fidem ⁊ deuo tionem/que longe sunt ab eis. Nõ em sunt fratrũ amatores sed spoliatores. fraudatores irrisores eoꝝ. etiam spiritualiter in moribus ciuiliter in fa ma/puersissimis machinationibus occisores Ita traditur christ⁹ in mẽbris suis. Ecclesiasticos ita q; quos auaricia puertit tam a deo. inuidia co mes auaricie suscipit. dum vident in alio qꝺ non habent. Fraus insup dolus detractio ira furtum sacrilegium. odium. tedium veri boni ⁊ similes vi tioꝝ pestes/tanq; latrones aliqui ⁊ pditores i ueniunt eos. Inuentosq; cecant alligant sauciãt trahunt distrahunt. Benicq extra viam virtutis eyciunt. Vix ad tempus relinquit pallium hypo crysis/tegens cadauerosam feditatẽ intrinsecus horridam/opimento quodã conuersationis exte riozis cum reliquijs velut in sepulcris dealbatis Signum plane est. vt qui talẽ tantãq; pontio nem deum fastidiunt: quicq auaricie tyrãnide di stractus a loco veteris pascue/a monte coagulato ⁊ pingui/corruit in desertum vallem q; toti⁹ egen statis ⁊ salsuginis. Ipse incidat in latrones cum illo qui de hierusalẽ descendebat in hiericho. ⁊ pace in mutabilitatẽ. de quiete in confusionem. Ita qui noluit esse socius apostolorũ. nec habere soliditatem fidei cum Petro/mititatem cum An drea. puritatẽ cum Johanne. ⁊ sic de reliquis nu cõsoꝝ pfidorũ. fit preda vitioꝝ. ⁊ qui prius nu triebatur in croceis. amplexat stercora ⁊ cum im micis dñi terram lingit. Occurrit vo interlo quendum venerandus ille cetus apostolicus/cui gratissima castissimaq; psentie tue serenitas. O virgo benedicta splendorẽ sanctãq; leticiam aspi rabat. quo magis execranda reddit iude prodito osa malignitas que cum tot sanctis sanctus cẽno voluit. Hic o iuda sceleratissime quid hec dogo cõ mensalis tua. familiaris tua. obsequiosa tua. Hic vt de reliquis sileaz. quid fecit tibi. quid molestie intulit? vt filium suum charissimum traderes ad morte/⁊ tam diram morte. Nũquid tibi dura fu it vel iniuriosa que benignitate nitebat apud om nes? Nequaq; prorsus ãn etiam pia credulitate suspicor ⁊ si euangeliũ sileat q; erga te plus officij plus beniuolentie monstrauerat exemplo filij/tẽ ptans si forte durissimã cordis tui nequiciã cuius nõ erat penitus ignara/molliri leniri vel fraterna vel materna correctione contingeret. Sentiebat te ad iudeos cursitare clam ⁊ redire. neq; sñi pro bat te. sed in bonam potius ptem trahens omnia forsan pcabat te rogabat hortabat vt inuidiam iudeorũ erga filiũ suum magistrũ tuuz tu mitiga res tu pacis cõsiliator fieres. Nec deerant quãti suspicari fas est/blandicie virginales cum grauI maturitate monẽdi p verba potentia gignere cõ passionem in cordibus beluarũ. An forte seorsuz te aduocãs alloquebat. vides o iuda charissime/ quo pacto magistrũ tuũ filiũ meũ/ querunt iudei pdere. Sciuisti. aderas em quando sustulerũt la pides vt iacerent in eum quando vix e templo vi uus euasit. Nunc precor te p socialem omniũ no strum conuictum. p si quid ipe totus bonus nos q; omes/bene vnq; de te meruimus. roga iudeos que ad pacem sunt. Is em ⁊ redis ad eos. ostẽde nihil esse in filio meo dignum morte. qui infirmos eorum curauit. qui doctrinis erudiuit qui solum dei honorem ⁊ gloriam viuendo predicandoq; q siuit. Cur in huius morte peribimus oẽs? Quis

ꝑ ex eius vita pendet mea. Quinetiã tu ipe qualem aliũ dominiũ vel mgrm habiturus es/in quo plus benignitatis gratie ⁊ fauoris expectas. Elegit te in fratrẽ in apostolũ. in amicũ pauit te. ministrauit tibi. potestate miraculoꝝ cum autoꝛita te ꝓdicandi dotauit te. dispensatoꝛẽ suum constituit te. Beniꝯ maioꝛa sunt que ꝓmittit. Ad hꝫ ⁊ similia virginis alloquia scire vellem. o crudelis sime iuda. que tibi facies. qui gestus. qualis pꝛoresponsione vel sermo vel nutus? Sed certe leue erat/te impudẽti simulatione velle fallere matrẽ qui filium dei putasti decipe: dicẽs. Nũquid ego sum rabbi. Et rursus. Si opoꝛtuerit me moꝛi te/cum/nõ te negabo. Nam teste Mattheo oĩes discipuli cum Petro similiter hoc dixerunt. Alij foꝛsan impꝛouide. tu ꝓditoꝛie. Cupiditas tua (o iuda) obuoluebat te/tanta noctis caligine. vt i lucidissimo die/turpitudinẽ tuã latere putaras nec eruhescꝛes. Nũquid nõ in ipa ꝓditionis hoꝛa/verba reuerende blandeꝯ salutationis ꝓtulisti/dicens. Aue Rabbi. Magistruꝫ vocas de quo nup ad iudeos tanꝯ de malefico ⁊ fraudulẽto diꝛeras. tenete eum ⁊ ducite caute. Animaduertitis o viri patres ⁊ fratres animaduertitis ꝯ ceca sit auaricia/que ita coꝛ inde firmauit occlusit/ꝯ vt egresceret medendo deteꝛioꝛꝯ redderetur. Quid nõ moꝛtalia pectoꝛa cogl auri sacra fames nam ad ipos etiam iudeos vltro cucurrit non solicitatus ab eis sed moꝛe emptoꝛis interrogans. Quid vultis mihi dare vt ego eum vobis tradã. Habet itaꝯ cogitatio auaricie radicata/suã ebrietatem. suũ furoꝛẽ. suamꝯ insaniam inexoꝛabilem ꝑcibus. inflexibilem consilijs. surdam monitis. demũ ad minas oĩes iamiam irruentes imp territam. Et putatis auaricie soli ꝓpriam hãc eẽ surditatem ad cõsilia? Putatis huic iude soli cõtigisse? Habet hãc incoꝛrigibilitatẽ comitem/hãc melancolicã insaniã/hoc demonium surduꝫ/affectio quelibet. vel passio vitiosa. dũ ꝓfundari radicariꝯ sinit. Hoc in philocaptis ad amoꝛẽ/hoc in vaniglorioſis ad gloriã pompas pꝛelationem. Hoc in inuidis ad odiosam malignandi libidinẽ quotidie conspicim⁹. Alioqn melius irent res humane pꝛesertim eccl'iastice si nõ salubꝛibus monitis/cõsilijsꝯ legum eternarũ/passiones vitiose. eꝛꝛoꝛose. stulte. furiose. vel dominationis. vel auaricie vel ambitiõis/obstitissent. Neꝯ tam diutur na contagione/scisma ꝑsens labefactasset ecclesiã si ꝓ extirpando solum scismate nõ ꝓ obsequẽdo passioni multiplici vitiose. fuisset insudatũ. Exitus vero qualis habebit̃/nescio. deus scit. Hoc vnũ fidenter assero. ꝙ pax ꝗm auara. supbia clerꝛ coꝛum/ꝑsertim in sblimitate positoꝝ exulare fecit ab ecclesie domo/nõ regredie ̃ ꝓ eandem viaꝫ auaricie ⁊ supbie/in regionẽ nostrã. Nõ muneribus/nõ terꝛoꝛibus solicitando animos contrariã ꝛium sed ꝓ viam liberalem ac benigne humilitatl

Alqua tñ ꝯ longe abierimus cogitare stupoꝛ est. querentibus oĩbus que sua sunt non que Jesu christi. nõ sine reatu ꝓditionis/cum iuda simõis schariotis.

Tertia consideratio.

Pꝛoditoꝛ est cũ iuda eccl'iasticus ꝓdicans ⁊ confitens Jesum vbis. opibus aũt negans. Judas interꝑtatur confitens. sed est confiteri deum oꝛe. negare vo factis ꝓm apostolum. Agnosce mihi domine Jesu. qm̃ hic contra meipsuꝫ ꝓphaturus sum/contra animã meam/nisi miserear locuturus. Heu quotiens ego cum meis similibus te Jesum/legemꝯ tuã oꝛe tractauimus? Quotiens aliozum languoꝛes ꝓdicando sanare. quotiẽs spiritus immũdos errozum ⁊ vitiozum ab alijs depellere. quotiens teipsum in eoꝝ coꝛdibus per semen vbi tui spiritualiter gignere temptauimus? Coꝛ aũt nostrũ longe erat a te. languidum. egrũ. vitijs obsessum. cui ex sententia dicere potueras illud puerbij. Medice cura teipsum. Illud insuper dictũ tum Peccatoꝛi. quare tu enarras iustitias meas ⁊ assumis testamentũ meum ꝓ os tuũ? Tu vo odisti disciplinam. proiecisti ꝛmones meos retroꝛsum. ⁊ cetera que sequuntur. Sic vias tulit secum lras ꝓprie moꝛtis. Sic fabꝛicato/res arce ꝓ saluando Noe cum suis pierunt. sic dicente Deñ. Turpissimũ est quod nobis obijci solet/vba phie tractare nõ opa. Sic dñm cognoscẽtes philosophi/neꝯ tamẽ eum sicut deum glorificantes non gratias agẽtes/dati sunt in repꝛobuꝫ sensum. ꝯto magis theologi christiani.

Nolo tamen insultent

ꝓdicatoꝛibus/canes muti nõ valentes neꝯ volẽtes latrare. quoniam si ꝓditionis rei sunt ecclesiastici qui loquentes bona/non faciunt. nunqd ob/secro gloriabuntur illi/nũquid excusabũtur/quorum officio annexa est obligatio predicandi? Ip si aũt bona neꝯ dicunt neꝯ faciunt. Itaꝯ dupli ci ꝯtritione conterenꝫ. quia ⁊ seipsos interimunt letali gladio/criminum. ⁊ alios silendo ociandoꝯ male ꝓdunt. Quanꝯ terribile sit valde vñ tãta surditas in auribus predicantium qui ꝓpriaꝫ vocem nõ audiunt. quo pacto non verẽtur ferre damnationis in seipsos sententiam. Quomodo ꝓsumunt deum (vt ita loquamur) edocere quali pena mulctandi sunt? Qua fronte nõ expauescũt seueriſſimum illud de euangelio imꝓperiũ. Ex oꝛe tuo te iudico serue nequã. Qd pfecto aliquãdo facilius est accusare vitia ꝯ vitare. facili⁹ laudare vtutes ꝯ implere. Beniꝯ. nõ oĩes q̃ scripturarum verba vel legunt vel loquũtur. foꝛmauerunt in seipsos veros ꝓprios ⁊ intimos conceptus eoꝝ que dicunt. nõ plus aliquãdo ꝯ pueri vel pice vel ceci de coloꝛibus. Pꝛopꝛij nimirũ ⁊ veri conceptus spirituales/per gustum intimũ

gustus vero intimus/per opis exercitium cuz de siderio vehementi/gignuntur formanturqz. Notsuit hoc qui dixit. A mandatis tuis itellexi. Et rursus. Gustate opando. z videte cognoscendo. Nã gust' ipse cognitio ẽ z expimẽtalis noticia. Sm Gregl. in omel.

Atuero ne miserabilis hec admiratio. hec fatuitas insensibilis. hec incorrigibilis insania/videaz apud arrogantes z emulos. ppria solts theologicis. communis est affirmamus omnibus hominibus quos non exceperit gratia saluatoris. Miraris tu z mirando detestaris z irrides/q theologus dicit aliqua de cõtemptu mundi z gloria futuri seculi/z ea interpretaris quod nõ credit que loquitur. Ostendam tibi plus vel eque mirandum. Quis pcor est ex hominibus qui nesciat se morituꝝ. qui nõ fateatur z dicat? Ego absqz vlla momenti interpolatione sicut reus fugio ad mortis suspendium. ego sicut vmbra ptereo. Nihilominus qz raros ex hominibus ostendas mihi/qui nõ talia z taliter operanz in acquisitione diuitiarum/in luxu seculi/in contentionibus z emulatiõibus z similibus insanijs quasi ppetuo victuri sint. quasi nõ protinus z repente velint nolint ab hoc vmbratili secko migraturi. Currunt ad mortẽ sicut vitulus aliquis saltans lasciuiens z ludens. Ita nihil mouet eos illud quod sciunt/quod loquunz quod pro certissima re pfitentur. Demior si nõ viderim hominẽ damnatum suspendio mox interiturum/cum socijs qui iam pendebant/fabulari in quadriga ridere iocari Deniqz, quotiens videmus homines hilari vultu cum risibus z cachinnis/recentia aliorum funera presentiaqz celebrare/Intra ecclesias. quotidianum tibi erit hoc spectaculum monstruosum. Desinant igit theologorum insanias/ipi qui nõ minus insaniunt/subsannare. Accipiet talis quilibet illud Horatij. Tu tandẽ maior parcas insane minori. Ceterũ. habet hoc vnum predicatio cõmonitioqz superba/quia sit interdum vt loquens alijs/seipm tandem aliquãdo audiat se instruat. se conuertat. quẽadmodum contigit vni ex sanctis patribus. z ita de proditorio peccatore/verus iustus exoritur carens spiritu obdurationis. Jam iamqz dissimilis Jude simonis schariothis.

Quarta cõsideratio

Proditor est ecclesiasticus suscipiẽs sacrum presbyteratus honorem z officium si perdite viuendo exhibet se diabolo execrabile mancipium quẽ oportuerat sanctis opibus esse dei sacerdotem et ministrum. Nimirum quãto status altior/tãto casus grauior. Pergebaz in sacerdotes nostri temporis declarare volens exaggerare proditionis sue nequitiam supra iniquitatez iude q ad pma Nã iudas mortalẽ istũ imortalẽ tradũt vendunt pstituunt fedant dilaniant crucifigunt. Sed affuit studiositas speculatrix familiaris nostra contra faciem mẽtis mee. Querelam inquit/hanc declamatoriam linque. Noli frustra niti z intendo odium querere. desine surdos imo obduratos supra petram quorũdam animos velle verbis emendare. Contereres eos potiꝰ qz emollires. habeto iudam in exemplum. Quãobrem his sibi derelictis dic obsecro te. solutionem ad dubitationes aliãs litterales/ex dictis habentes originem. Dic sit iudas quem apostatasse iam cõstabat a deo. vendiderat quippe eum nocte precedenti. Dic inquã si in hac cena/vere sacerdos est effectus? Respõdi vere effectum sacerdotẽ. Ita enim doctores sentiunt ex quo suscipere intendebat id qõ xpus dabat omibus aplis dicens. Hoc facite in meam cõmemorationẽ.

Dic igitur si potuisset corpus christi verum cõsecrasse? Respondi consequens esse vt hoc potuerit. Dic igit si supra corpus christi mysticum potestatẽ suscepat/sacramẽtaliter absoluẽdi? Respondi non suscepisse sicut nec Petrus nec apostolorum ceteri. vsqz post resurrectionem. Promissa fuerat antea talis potestas. sed post resurrectionem exhibita. sicut pontificatus summus. nisi dixerimus q ecclesia duos papas Jesum z Petrum tunc in carne mortali simul viuentes habuerit. Itaqz sacerdotalis ordo p sui complemẽto duas formas habet. habet qz duplicem caracterem. sicut duplicem potestatem. vnam sup corpus christi verum. super mysticum alteram. Dic consequenter cur Cyprianus z alij doctores plurimi quorum dicta recitãtur in decretis/posuerunt nihil fieri in sacramentis nihilqz conferri a scismaticis: qualis erat Judas? Hoc etiam in presenti scismate quidam dogmatisare scriberecz voluerũt? Respondi determinationem Augustini z ecclesie ad oppositum eẽ si simpliciter ita sentiebant Cyprianus cum suis. Est quoqz ratio manifesta. qm potestas in abdicabilis est humanit' que caractere idelibili stabilitur. Intelliguntur autem dicta Cypriani cũ ceteris. de scismaticis vel hereticis. qui vel nõ faciunt vel facere nõ intendunt/sm observationẽ formeꝫ materie ab eccl'ia traditã z a xpo institutam Vel dic. nõ pñt. glo. sine peccato.

Dic si iudas statim vt excidit a fide z a religione per apostasiam proditoriam vendẽdo Jesum iudeis: perdiderit ius in apostolatu. z vt clarior sermo fiat in simili. Dic si episcopus vl' prelatus aliquis/eo facto q errat in fide z pertinaciter: sit depositus? Respondi q z si prelatus hereticus dignus sit deponi. nihilominus nõ ẽ eo facto depositus. sicut aliquis qñ

cūq̄ sit dignus episcopari/nō est propter hoc eo facto factus episcopus.nisi p electionem humanam vel diuinam manifestam. Itaq̄ neq̄ deponitur inuitus nisi diuina vel humana auctoritate coagente. Alioquin incertissime essent ꝛ vage ecclesiastice potestates hierarchice. Signū huius manifestū habetur in iuda quem in honore apostolico Jesus tenuit.nec a consortio sepauit quā tumcūq̄ sciret illum apostatam in occulto. Sed nec virgo eum Maria/sui facinoris conscia/ deuitauit.

Dicigitur qualiter ille erit caput in ecclesiastica hierarchia qui nō meretur dici membrū?

Respondi potestates ꝛ gratias istas esse distinctas fm donum prelationis/ et donum charitatis seu fidei. Propterea potestas prelationis manere potest imo dari / desinentibus aljs.sicut abscedente charitate/manet sepe fides ꝛ spes. Error oppositus/magnam vt audio in anglia ritam dedit. Materia igit̄ sufficiens ad prelationem de facto vel suscipiendam vel recipiendam/est homo baptisatus viator intendens recipere id quod ecclesia conferre constituit. Dic cur dñs iudam quem casurū sciebat elegit in apostolum? Ego inquit duodecim elegi/ꝛ vn⁹ ex vobis diabolus est. Respondi questionem istam eē vnam de illis.quas intuens apostolus /reuerenti silentio preteriens honorauit exclamans. O altitudo diuitiarū sapientie ꝛ scientie.ꝛc. Hocvnū scimus q̄ in iuda nō causauit deus improbam voluntatem pditionis scelerate inesse malicie. Attamen ipse hac mala volūtate bene vsus est tanq̄ dei sapientia attingens a fine vsq̄ ad finem fortiter ꝛ disponens omia suauiter. Horripit hic stulta ambitio cordis humani.proruēs impauide ad culmina dignitatū.quem honorem/homo etiam vocatus etiā electus a deo/nō tute neq̄ sine multo cadendi discrimine suscipit.testimonio sunt iudas ꝛ saul plurimiq̄. Quis igitur manet exitus/ dū ingerit se q̄spiam p̄ce p̄cio nō vocatum nō electū vtiq̄ nō reprobatū.

Dicsi miracula fiebāt iuda vtiq̄ reprobo.quale erit p canonisatione sanctorū apud ecclesiam argumentum? Respondi ꝛ nō ficta coniuncta sit miraculis.resultant(vt determinat Gregor⁹ in dialogo) duo signa sufficientis sanctitatis ostensiua. Horro miracula sine vita quo ad hoc signum fallax. Propabat ingenio sitas studiosa multiplicare questiones hmōi supnumerum.cui ego valefaciens /noli inquā amplius me interrogādo morari. quoniā grandis admonitis scharibotis. Paruit illa.illa petens schola sticum exercitium. ego ad morale negocium redeo.ꝛc.

Enumeratis itaq̄ quattuor simulatiōibus sumptis ex iude statu vel professione p collationis pte prima / supsunt iuxta ppositum ab initio/ simulatiōes alie/quibus pditionem suā iudas vel tegere vel excusare conatus est/tam gestu q̄ affatu. Quatuor vtriq̄ notaueram quāq̄ plures inueniri posse nō abnuo. Has simulationes tum occupationuz turba irruens/tum amica breuitas preterire iubebat.quas nihilomin⁹ breui compendio non tam ambulare q̄ excurrere ppposui/octonarium sub q̄ ternario complexurus.ꝛ ad mores sub q̄druplici consideratione traducturus.

Prima consideratio.

Judas cū Jesu cibum sumpsit nedum carnalem sed sacramētalem.quod esse debuerat/nō mediocre federis argumentū. Omittamus iudam.clerum intueamur. ꝛ prohodoloz ecclīasticos similes inuenimus/comedentes patrimoniū Jesu.eū vero in suis paupib⁹ spoliantes.sumētes eucharistiam.sed eā venalem facientes. Hinc prouenit estimo tanta sup omēs homines in ecclīasticis q̄busdam cecitas.tam incorrigibilis obduratio iuxta impcationem pphete. Fiat mēsa eoz coram ipsis in laqueum ꝛc. Tolerat nihilominus ecclesia tales/sicut christus iudam agricola zizaniam. presertim in occultis ne/vel confessio prodat vel secretum.

Secunda cōsideratō

Judas tolerauit lotionem pedū a christo sibi fieri.quib⁹ pridie ambulauerat ad vendendum eū. Fuerat hoc signū mundicie ꝛ amicicie. q̄q̄ non emūdatioz interi⁹ sed sordidioz ꝛ odiosioz effect⁹ est. Tales aliquos videre in clero est:extendētes palā pedes affectionū / vel in cōpūctione vel in cōfessione tanq̄ christi manibus abluendos.sed remanent sordes in pedibus eorū. Quare? quia nolunt peccandi deserere p̄nitus voluntatem . sed eligunt vel inster quilinio libidinis computrescere. vel in alieni retentione rubigine consumi . vel igneo vindicandi zelo succēdi. Tales ꝛ si quotidie videant cōfiteri ꝛ celebrēt.irrisores sunt prodition⁹/nō penitentes idonei. Horū cuilibet dum osculant christū in sacramento/vel fratrē in ecclesia/dici potest ex sentētia. Juda.filiū homis osculo tradis. Et rursus ex psona ipsi⁹ christi. Amice ad quid venisti. Amicū intelligite nō moribus ꝑ natura. Vel ideo amicū nominat xp̄us . quia ad amicicia quēlibet peccatorē recipe si nō obstiterit parat⁹ est in hac vita.

Tertia consideratio .

Judas se curā pauperū gerere/officio gestu ꝛ vobo videri voluit. Erat quipe iudas loculos hns

inferēs ea que asportabant. Propterea indigne tulit effusionē vnguenti dicēs. Ut qđ pditio hec Hoc pterea velamine exitū suū a cena cooperuit cui⁹ intentioni accomodans xp̄s vocē ait. Quō facis fac citius. qđ ita acceptū eē ab aplis quasi ad vsus necessarios exisset tradit euangeliū. Sic a iuda ad ecclīasticos hui⁹ tempis deuoluam⁹ nr̄e cōsiderationis oculos/quot inspiciemus qui sub titulo alendi sustentandiq; paupes/reddit⁹ vberrimos in loculos beneficiorū reconditos habent. curant nullos. auferūt ea que asportata sunt. nō iam vt dent vxori z filijs. sed execrando sacrilegio in obscenioribus vsus vertunt. Currunt alij/discurrūtq; Barthā se iactantes. qui ociosorum Marie simiīū, vnctionē/hoc est deuotionē fastidiunt improbātq; dicētes. At quid pditō hec? Quasi videlicet ipsos/practica talia tractare/ingens amor christi z pauperū/nō lucrorū tēporaliū ardor agitaret. Tales/nihil magnū/nihil ecclīastico viro dignum deputāt: nisi quod lucrū affert tēporaliū cōmodorū / in pecunie vel nesciocui⁹ solicite iurisdictiōis dilatatione. Profunde apud eos inualuit illud. Spūalia sine tēporalib⁹ diu esse nō possunt. Et illud Oratij. O ciues ciues/querēdo pecunia primū. Virtus post nummos. pdicante ex aduerso iesu. Primū querite regnum dei. zc. Cū pterea xp̄s vt exemplo suo doceret nō magnipendendā esse apō ecclesiasticos plātos/tēporaliū curā. Ppe/iudā reprobū furem sacrilegūq; talibus prefecerit/nolens tali solicitudine cōteri sanctiores aplos. O deus o religio o fides o pietas. eloquar an sileā? Nunc heu spiritualitas oīs. vt animarū cura cōfessio vel pdicatio vel omittit vel pessimis sordidis infidis discolis. insciis/passim cōmittit. Et a quibus? Ab illis qui nō tute seruanda traderent talium alicui bona sua nisi sub quotidiana rōne. Ut que bona? nō dicam aurū/nō argentū/nō vasa p̄ciosa. dicaz poma. dicā cibaria vel alia vilia sua seu ludicra. Tam vilis est apud eos/tam nulli⁹ p̄cij animarū pditio p quib⁹ mortu⁹ est xp̄s. Quotidie vigilāter apud eos calcul⁹ ponit de expēsis. de morib⁹ vltima fit questio. vtinā vel vltima si iam nulla.

Ex hoc loco de loculis iesu grādis olim questionum z assertionū rixa pīsertim tpe Iohis. xxij. excitata ē. dicētibus plūmis/xp̄m habuisse aliqđ in cōmuni exp̄ssam eē in euāgelio vitatē. neq; mē dicasse aplos. nec pauptatē vouisse sicut nec castitatem. Erat em̄ iudas vxoratus nimirū sicut Petrus. Decertabāt alij tota animositate ponentes ex aduerso p hereſi dicere q; christus habuit aliquid in ppio vel cōmuni. Nā h̄ ē inquiūt euangelica pfectio/altissimaq; pauptas. Studiosos remitto ad scripta. nisi placet phariseicas ō pfectione contentiones magis spnere q; inspicē. pfectio xp̄iana ē dei dilcō. in q̄ q̄ feruētior ē h̄ z pfectior indicat. Quarta cōsideratio. Judas ad extremū referēs. xxx. argēteos/dixit. Peccaui tradens sanguinē iustū. Sz dicā hic quod sentio Vox ista nō penitētis ē s pditoris/pditionē suā cōplementū deducētis. Quo pacto inquies? Nō ne iudas h̄ z p̄fitet pctm̄ z ablatū restituit. z magistro suo/iusticie titulū ascribit. qūo vox ista pditionis erit nō cōtritionis? Ponat igit volo tu das mecū rōnē. Appello te o iuda. si iustus est ille quē tradidisti sic iustū nominas. verax fuerit necesse est. debuisti credere que docuerat te. q̄ ve pdicanda tradiderat. Docuerat aūt dñs di. Veniam aias nō pdere sed saluare. Jusserat isup q; fratri peccanti dimitteret pctm̄ nō tm̄ septies sed vsq; septuagies septies. Cur ḡ de tam veraci miseri/cordiq; doctore/desperas? Porro si tāta ē iniquitas tradidisse iesum/cur h̄ pus quasi dissimulādo quipēdebas? Hec plane fuit diabolica fraus q̄te possederat te volente. Ille em̄ pditor z homicida diabol⁹/pctā pusq; fiant quasi nulla eē suadet/vt pīsumat hō. dū vo ppetrata fuerint. illā nimis exaggerat vt desperet. Unde ē forsan q; in voce cayn erūpis o iuda pfide dicēs. Maior ē iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Veniā merearis o iuda vis igit ḡram dei. vis ei⁹ miscōiam/meritis emi. vis eā operū tuorū mercede cōduci? Hoc pīsus ē qđ dico. tu a mercēnaria cogitatiōe tua nō discedis. Cōples eā potius dū iusticiā tuā cōstituē volens p merita tua. nō es iusticie dei subiect⁹. illi iquā iusticie cui vox tua, testimonium phibet dicens. Peccaui tradēs sanguinē iustum. s cor negat. suspēdiū cōdicit. Quō iust⁹ si sperātes in se. si penitētes/abijceret z damnaret? Sz q̄s eraz inquies q̄ facere possem irritū xp̄i dei dicentis. Ne tm̄ hoi illi p quē tradar. meli⁹ erat illi si natus nō fuisset hō ille? Cōmiatio h̄ erat o iuda q̄tin⁹ resipiscerēs. nō necessitati inductio. Alioq̄n petrus ncc̄itate peccasset. nec iam peccasset si necessitate. Alioq̄n pterea plūmis nunq̄ post pphetic⁹ minas sal⁹ patuisset. Mutasses voluntatē penitendo. mutasset sniam indulgēdo. Sz irriserūt iudeos sacerdotes iudeorū/spem auferētes. z dicentes. Quid ad nos? tu videris. Huc ḡ cognoscis/cū qualibus mercat⁹ es. quia cū odiosis z pfidis nihil solatij. irrisiōis vo plurimū afferētib⁹ Propterea cur eorū subsannatiōes iusta vicissitudine nō irrisisti. fugiēs p̄sertim ad matrē illā totaz benignitatis z misericordē? Affirmo secur⁹. ipsa tibi venienti gremiū pietatis extendisset aptū. hec quādo sbsannasset aut improperasset tibi more iudeorum. aut stultorū illorū q̄ de sanctitate sibi blādientes/abijciūt cū austeritate voc aut gest⁹/ hūiles in pfessiōe penitētes. nō attēdētes illō apli. Fres si occupat⁹ fuerit homo in aliq̄ delicto. vos q̄ spūales estis/instruite eū in spū lenitatis/psiderās teipm̄ ne z tu tēpter. Sz iā pridē sentio o doctissimi z sapiētes viri q; z meoria q̄ fallit in aliq̄bus q̄ dictauerā z plixitas inculta. gignere pōt fastidiū

Esto finis igit in obsecratiõe dñi nostri iesu chri/
sti z misericordissime matris sue ne sit in aliq no/
strum ro: obduratum z desperãs/instar Jude si
monis schariotis.sed peniteam⁹ tempalit hic in
spe.vt tandẽ re ipsa gaudeam⁹ in eternitate/pre=
stante eo qui ẽ bñdictus in secla seclorũ.Amen.

Sequit sermo de xpi resurrectione in die pasce eiusdẽ cancellarij.

Si cõsurrexistis cũ xpo/que sur/
sum sunt querite.Originalit .ad
Col.iij.z recitatiue in epla hodi=
erna. In nre breuis vtinã effi/
cacis collationis exordio p impe
trãda spũssancti gra/vt effectum
tritũ vsq in effectũ pducat.mrem ⁊ginẽ saluta/
bimus corde hũiliato z voce pia di.Aue maria.
Si ꝓsurrexistis.zc. Circa h apli ⁊ba/tres ꝓside=
rationes occurrũt p nũc ẽtũ dederit de⁹ pseqn=
de.Prima de xpi resurrectione meditãda iugit.
Secda de nra ꝓsuscitatione affectãda salubrit .ter=
tia de celi habitatiõe inqrẽda feliciter.pma z secũ
da cõsideratiões sumunt ex pma pte themat Si
ꝓsurrexistis.zc.p h em apte innuit resurrexisse
xpm.Tertia sumit ex secũda pte que ẽ sursum q
rite. Est igit prima cõsideratio de xpi resurre/
ctione meditãda iugit. Meditãda prorsus h glo
riosissima xpi.s.iesu resurrectio.In qua fidelium
mẽtes sedulo cõuertẽde.cui⁹ vigor inestimabilis
cui⁹ valor inapreciabilis.cui⁹ insup infallibilis
certitudo Infallibilis plane certitudo/quippe
hãc angelici spũs locuti.hãc scẽ mlieres agnoue=
runt.hãc Thomas pus hesitãs ex palpatiõe xpi
certior effect⁹ pfessus ẽ.hãc pri⁹ irridẽs paul⁹/cõ
stantissime pdicauit.h demũ nũc piscãtib⁹ nunc
orãtib⁹ aplis nũc sil nũc diuisim/aptissimis oñsa
ẽ indicijs. Ex xpi palã facta assumptiõe .ex mira
culis inumer in vitatis hui⁹ attestatiõe celebrat
mirabilit affirmata Addam⁹ hos pene oẽs alios
q inumerabiles summe sanctitat viros/qrũ nõ/
nulli ea ex revelatiõe sanctispũs vt paul⁹ accepe
rãt.p hac assertiõe spontaneã subijsse mortẽ.in q
bus nihil erat cur mẽtiri aut fallere vellẽt.vt qui
pmptissimi erãt hac p fidei pmulgatiõe/cõtume
lias carceresq ppeti.oẽsq a seipsis pñt vite iocũ
ditates abdicare.Pãnabile igit ẽ de ea vt tãtisp
trepidare.aut eã quasi nouellã velle post tot atte
stationes discutere. Ex ẽ etiã resurrectiõis h⁹
bñdictissime vigor inestimabil quã oñdit ppria
resurgẽtis vt⁹/alieno nõ egẽs subsidio.qd antea
nõ siluerat xps di. Ptãtẽ habeo ponẽdi aiam me
am z iterũ sumẽdi eã.Joh.ix. Vigor insup palã
fit ex eo q p eã xps in morte assumpsit nomẽ qd ẽ
supra oñe nomẽ ẽm apli⁹.fortior glorioſissimusq
q pus erat/resurrexit xps istar fabulosi illi⁹ regl
anthei cui⁹ occisor hercules fuit.q (si qd vetusta=
ti credit) qties adũsarij impetu humi pcũbebat qsi
vires eiusdẽ eidẽ ẽra mistraret robustior ꝓsurge=
bat atq ad pugnãdũ alacrior. Itaq ẽre viscerib⁹
caũnosoq sepulcro ⁊tuosior exit xps.plesq
hostes samsonis ad modũ moriẽdo q antea viuẽ
do cõtriuit Est pterea resurrectiõis xpi valor
inapreciabilis. Hec siqdẽ pcti nri cirogphũ dele
uit.h dissoluit hoiem sb dura demõis tyrrãnide
cõpeditũ z e terrimo tenebrarũ carcere eũdez eri=
puit. Hec ẽm pphetã ferreos ifregit vectes ereas
q obtriuit portas.h supne ciuitat aditum resera
uit.h postremo oẽs in adam mortuos viuifice vi
te restituit suscitauitq. Per qd vltimũ pprijssi/
me xps sic p pphetiũ os olim isonuerat.silis fa=
et⁹ ẽ pelicano q pprio sanguie pprijsq morte fe/
tus inaiatos viuificat amore qdãmirabili Ita
ex resurrectiõe hac magi habem⁹ vñ gtulemur vñ
gras cumulati⁹ referam⁹ q ex nra creatiõe .qmq
dem nil aut parũ creasse pfuerat/nisi lapsos relea=
uasse mortuosq suscitasse ꝓtigisset.magnũ preter
ea z ad erigẽdos alios pcipuũ ẽ festiuitat hodier
ne mysteriũ.resurrectiõis dñice mysteriũ.ho iem
nãq nihil adeo vite hui⁹ moribũde ꝓstituit ama
torẽ:eũdẽ nihil ita i vitio⁹ pceps trahit sicuti fu
ture vite imortalitatisq despatio. Etem q pacto
aspnabit vitiũ/z aplexabit vt⁹ cũ h plerũq de/
lectet h cõtristet si nec illi⁹ supliciũ nec hui⁹ pmiũ
finalit expectet.psertim cũ in pñti seculo neq vt
plurimũ/via impiorũ psperet.Fitq iusto sed oc
culto dei iudicio suũ inqtati pmiũ:su⁹ honor sue
q voluptates.vtute aut neqter spreta aut neq⁹
irrisa.aut neqssime ꝓtepta. Hãc aũt future imor=
talitatis retributionisq despationẽ/e fideliũ mẽ=
tibus hodierna xpi resurrectio fũdit⁹ euellit.qm
si xps resurrexit z nos resurgem⁹.put cõsci⁹ ar=
chanorũ dei paulus aplus.j.ad Cor.xv.p totũ
capitulũ copiose manifestat.z.j.Petri.ij. de deo
scribit.q ppter misericordiam resuscitauit nos
in spem vite p resurrectionẽ iesu christi a mortu/
is. Et egregius quoq doctor Greg⁹ Exemplo
inquit dñs ministrauit quod promisit in pmio vt si
cut ipm resurrexisse fideles cognoscerent. Ita in
finem mundi pmia resurrectiõis sperarẽt. Et ideo
non plus q triduanam mortẽ esse voluit.ne in il=
lo resurrectio differreret.in nob desperaret Pre
terea ille cui⁹ statim memini Paulus apostol⁹ ad
Col.scribens oẽs nihilomin⁹ instruens christi=
anos ad hanc spem z retributionis expectationẽ
exhortabat dicẽs ⁊ba assumpta p themate. Si
ꝓsurrexistis cum xpo.zc.

Juxta secundam the=

mat pticlaz videdũ erat ẽtio d celi hitatiõe inqrẽ=
da felicit Et hãc ꝓsideratõez exhortatõis i modũ
pseqr.z i ea collatõz ẽmiabo⁹ sine diuisiõe. Ade=
stote nunc vigiles fortesq pegrini.concito passu
que sursum sunt querite.celeriter oẽs pcipitate
moras.z ad illam ppter quam facti estis/manẽtẽ

Sermo in concilio remensi

ciuitatē/oñi tempe diſcurſo/curſum dirigite. Nō vos tenebroſa mortis/nox occupet/quia tranſuolat ecce irremeabile tempus. Jamq; ſol decliuis celerem minat occaſum. ¶ Vbet animos pollicitatio ꝑmiantis. ⁊ ſtimulos adhibeat damnatis cō/minatio ⁊ vtutis alliciat honeſtatis nomen ipſis etiā infidelibus venerandū. ¶ Moueat creant⁹ bonitas. moueat charitas redimentis. moueat viuificantis gratuitas. moueat ad extremum infallibilis inſtantia obligantis. Excitet mentē mortalitatis veſtre recordatio aſſidua. ⁊ quo pacto nondum hunc intraueritis ꝑpendite. ¶ Nō vos deuiare compellant infeliciter mulcētes puerſi itineris lati atq; ſpicioſi oblectationes quarū amariſſimi ſunt exitus. nec vtuoſe ſemite deterreat aſperitas. Spes lucri/minuat vim flagelli. breuis labor eſt. momētanea vexatio. ꝑ eternis omnia vt breuia equo animo toleranda ſunt etiā ſi anxia ſi aſpera ſicq; dolorioſa exiſtant. ¶ Deinde ſeipſum quiſq; interroget. ⁊ ꝑ que mometa aut ſuperuacua aut quod ſepe accidit nocitura. in quos languores in quas mentis ⁊ corpis ꝑturbationes in quātā fame aut vite picula ſe vltro proiecerit.

¶ Recogitet audiatq; ꝑ humane laudis cupidine aut patrie tempalis libertate/q̄s horrēda q̄daz ſponte ꝑpeſſi ſunt. Mucius manū regis. ardentibus iniecit. Occidit duos filios brutus. Turci⁹ armatus equo concito in abruptum terre hiatū ſe p̄cipitem dedit. Prophiū filiū peremit mauli⁹ torquatus. Duo deuij fauētes oraculis vt exercitium liberarēt ſe morti ſpontanee deuouerūt. Regulus ad crudeliſſimos hoſtes ne fidem violaſſe putaret redijt intrepidus. Fabricius ꝑ quarta p te regni pirrhi regis epyrotarū a rhomana ciuitate nequit auelli. Cathone iulio ceſare ſubderetur/ꝑpria manu e pectore vitā extraxit. ⁊ verbis vtar Senece primo epiſtolarū. epl̄a. iiij. Alli⁹ añamice fores laqueo pependit. Alius ſe precipitauit e tectore ne dñm ſtomachantem diutius audiret. Alius ne reduceret e fuga ferrum redegit in viſcera. Hec ⁊ ſimilia quiſquis qui ad eterna ſuſpirat/profundua mente inſpexerit/delicatā vt arbitror compatimet querelam. ſueq; ni fallor pudebit deſidie. ¶ Operate igit nec vt inertis pegrini mos eſt/diuturnitatem tempis vobis promittite. Inſpiciat rerū veritas. nō multorū error aut rumor impiorum. qui vt ſcribit Sapien. iij. dicunt apud ſe cogitantes nō recte. Exiguum ⁊ cū tedio eſt temp⁹ vite nre. nō eſt refrigerium in fine hois. ⁊ nō ē qui agnit⁹ ē reuerſus ab infer⁹. q̄a ex nihilo nati ſumus ⁊ poſt hēc erim⁹ tanq; nō fuerimus. ⁊ ſpūs diffundet tanq; mollis aer. ⁊ nemo habebit memoriā operū nrorū. Venite g̃ et fruamur bonis que ſunt. ⁊ vtamur creatura tanq; in iuuētute celeriter. Vino precioſo ⁊ vnguētis nos impleam⁹ ⁊ nō ꝑtereat nos flos tpis. coronemus nos roſis anteq; marceſcāt. Nullū pratū ſit qō ñ ptrāſeat luxuria nra. nēo noſtrū ſit exors luxurie nre. vbiq; relinq̄mus ſigna leticie. qm̄ hec ꝑs nra. ⁊ hec eſt ſors nra. ¶ Nō vos ad emulationē puocent tā nefande carnaliū ſententie. ſuos toto ipectu/totoq; malignitatis odore brutales ꝓſequant affectus. nec ꝓſequant mō hec incitent ⁊ euocēt. in ſpurcicijs. in cubilib⁹. in impudicitijs. breuē hāc tranſiliant vitā. ſuas ſibi diuitias habeant. ſuos mores. ſuas voluptates. Nempe quas etnas vel lent diuitie abibunt. ⁊ ipe quib⁹ maxime aſtricti ſunt voluptates fugiēt. At quib⁹ caruiſſe cupient puerſi mores ſtabunt et comitabunt inuitos. Cū cta hec que illos/vulgo mirabiles oñdūt momento tpis euaneſcunt. ſub ipia formidine viuūt. ſi illa pepcerit/mors nō parcet. ducunt in bonis dies ſuos. ſed expectate paululū: ad inferna deſcēdēt. ¶ Quā obrem deuoti fideles pegrini/quos pciosiſſim⁹ agni imaculati regenerauit ſanguis/ſi peccata tanq; hoſpites peſtiferos expuliſtis. ſi nō tā tūmodo pcta hec affectū etiā ꝓpoſitū q; peccandi q̄ vtiq; ſine pcto nō ſunt/bona fide deſeruiſtis/ſi p ſinceram fidem/reſurrectiōis dñice pticipes eſſecti eſtis. ſi p viuā ſpem/vos indubitanter reſurecturos expectatis. ſi poſtremo p charitatē ⁊ gratiam cū xp̄o ſurrexiſtis: que ſurſum ſunt querite vbi xp̄s ē in dextera dei p̄ris. Querite inq; in p̄ſenti p bonorū operū ⁊ meritorū abundantiam vt cōprehendatis in futuro p gloriā. quaz nobis preſtare dignet. qui mortuus eſt ⁊ reuixit: dominus noſter ieſus chriſtus. Amen.

¶ Finit.

Sermo in concilio re

mēſi p ꝑfatū Cancellarij Pariſien. fact⁹ Anno domini. Mcccc viij.

Bonus paſtor aiam ſuā dat p ouib⁹ ſuis. Originaliter Matth. x. ⁊ recitatiue in euāgelio dñice currēti/p̄ntialiter lecto. Aiadūte nūc o bone paſtor. O reuerendiſſime pat̄ ſcē ſedis huius Remen. antiſtes. Aiadūte tu q̄ aiaz tuā habes p ouib⁹ tuis dare. ñ venaliē/bñe nō p̄iudicialiter retinē. Leua nūc i circuitu oculos tuos ⁊ vide. oēs iſti congregati venerūt tibi. obediētes ſunt. nō ſicut oues errātes. ſed ſūſi ſūt ad te paſtorē ⁊ epm aiarū ſuarū ſm verba primi paſtoris petri in epl̄a eiuſdē dñice currēti. Interrogent q̄ ⁊ q̄les ipi ſunt: Rndē potenit eis ex ſnia illō Heri. Paſtores ouiū ſumus. Conueniat ⁊ o vtinā illud alterū de euāgelio cuilibet eorūdē. Ego ſum paſtor bon⁹ qualis aiam ſuā dat p ouib⁹ ſuis. Pro illis inquā ouibus que ꝓpheticum illud canunt deo. Nos aūt populus tuus ⁊ oues paſcue tue. Miretur igitur ⁊ affluat ⁊ dilatetur cor tuum. cū videas tu bonus paſtor coadiutores tuos conſodales ducēs gregis tui. Ipſoſq; rōnales q̄ſdam

pascue tue hoc est prouincie tue Remeñ. arietes Quidni miretur in hac die ⁊ affluat ⁊ dilatet cor tuum cum pmiserit summus pastor noster dicẽs Vbi fuerint duo vel tres congregati in noie meo ibi in medio eorum sum Grãdis pmissio viri pastores ⁊ fratres ⁊ oñi consolatione plenissima Hec nempe celeberrima congregatio. Hec tua conuocatio sanctissima o bone pastor/nũquid nõ in nomine iesu facta esse vere putanda est. Putanda ẽ profecto. Fit eñ ad extirpationẽ vitiorum ⁊ virtutum plantationem. Fit ad euulsionem scisma/tum ⁊ pulcerrime pacis radicationem. Fit denique ad fortem custodiaz gregis dominici. ne male dispersum ne vagabundũ per deserta negligẽtie rapiat/dissipet: pdat/deuozet ipsuz lupus ille vorax infernalis. quin potius visitatus crebro colligatur sub vnius ouilis tectũ quod est fides christiana. Illicqz ptectione solicita foueat. Ecce ergo dominus noster Jesus christus in medio nostrum est viri patres ⁊ fratres. Intendite que dico. domin⁹ in medio nostrũ est. quid aspicitis q̃d stupetis? Ita est credite nõ mihi. sed pollicenti q̃ mentiri non potest. Ego inquit in medio eorum sum. Et quis ego? qui loquit Dominus fortis ⁊ potens. Ipe est pastor bonus qui animam suam dedit p ouibus suis. O certe pulchra/o felix hec ⁊ deo grata societas. in cui⁹ medio domin⁹ ille est cui angeli seruiunt. cui sol ⁊ luna famulant. Nemo iam desperet nemo trepidet ex aspectu vel occursu tot luporum rapacium insidiantium quotidie gregi christi. confidat potius vnusquisqz in vbo helisei. Plures p nobis sunt qz cum illis Ad est quippe deus assunt ⁊ ministri eius milia milliũ ⁊ decies centena milia. Quod si tales pro nobis quis contra nos? Ades ⁊ tu pulcerrima nõ dicaz pales quã pastorũ deam gentilitas fabulat. sed summa veri pastoris mater virgo misericordie vbo benedicta. Ades plane. nam vbi mater si non vbi filius inuenitur. Adimus ergo nunc te cum fiducia que thronus es gratie. mater misericordie. vt gratiam ⁊ misericordiam inueniamus in auxilio opportuno. quod vt assequamur presentamus illud angelicum. Aue gratia plena dominus te/cum. ⁊c.

Bonus pastor aiam suam dat p ouibus suis. fiat hoc fiat. Cõgratulor tibi o bone pastor/congaudeo ⁊ glorior in domino. quoniã video vident ⁊ ceteri oñes hic presentes studium tuũ. zelum tuũ quo ad imitationem veri pastoris/queris p hoc sacratissimũ consilium dare animam tuã p ouibus tuis. Et qualem animam? Anima sane que triplici virtute pdita est. Habet itaqz anima tua sicut ⁊ reliqe de humana specie vim triplicẽ. habz vim rationalem respectu ardui. vim cõcupiscibilem respectu boni. Itaqz bonus pastor dat hanc totã animam p ouibus suis. Fiat ẞ igitur fiat. quia temp⁹ faciendi domie loquitur pphet ad dominũ. Quare tempus faciendi? quia dissipauerunt legem tuã. Qualem legem? Legez euangelicam naturalem ⁊ canonicam. Quib⁹modis? Innumeris ⁊ pessimis. Propterea cõuenit nunc ecclesia magna ecclesia totius hui⁹ Remeñ. prouintie. cogitare quid facerent. Et bene quid facerent. quia tempus faciẽdi / tempus ponendi manus ad opus ⁊ ad aratrũ. alioquin quid prouerit nouas veteribus supaddere sanctiões si nõ veteres fiant nec noue? Aponatur manus ozi ne cesse est. hoc est opatio locutioni. ne sit vox q̃dem vox Jacob. manus aũt manus sint Esau. Euitetur imporperium quod vulgari prouerbio meli⁹ sonat. dictum optimum est. sed querite quis hoc aget. Illud insup quod obiectum fuisse Platoni Seneca refert. Aliter loqueris aliter viuis. Denicqz satis fuit mordax in pastores responsio femine cuiusdam deuote. Hec redibat de sermõe quodam cũ turba mlta. Interrogatur ab obuio quodam si sermo factus esset? nequaqz inquit. Prorro dum interrogans miraret sueqz reuersiõis cũ hominũ hac copia causam requireret exquo nõ erat sermo factus. Subintulit ipsa. Sermo vticqz dictus est sed non factus. Dicunt enim ⁊ non faciunt.

Fiat igit abuno quo qz pastore quod pponit dñs. det animã suaz pro ouibus suis. Illam itaqz animã que imago est beate trinitatis Fm triplicem vim pnominatã. Relucet nimirum in sua vi rationali. Sapientia seu vitas que appropriat filio. Relucet in vi trascibili. Potentia seu strennuitas que appropriat pri. Relucet in cõcupiscibili. Beniuolentia seu bonitas que appropriat spirituisancto. Hanc o bone pastor totam animã nõ vnicã sue virtutis portionem curaueris dare p ouib⁹ tuis/triplici sedulitate pascẽdis. Nec eñ estimo te latere quemadmodũ olim primo pastori Petro ter interrogato terqz rndẽti/bon⁹ pastor xps/ter sbintulit dicẽs Pasce oues meas. Pasce agnos meos. ⁊ rursus. Si diligis me pasce oues meas. pasce vbo. pasce exẽplo. pasce sbsidio. pasce vbo pdicatõis docte. pasce exẽplo pusatiõis scẽ. pasce sbsidio charitatis pie. Predicatio docta fundat in fide q̃ ad vim rõnalẽ. Cõuersatio scã roborat i spe q̃ ad vim trascibilẽ. Subuẽtio pia psumat i charitate q̃ ad vim pcupiscibilẽ. Quisquis ẞ mõ pauerit oues suas triplici pabulo salutari/ver⁹ imitator cẽsend⁹ ẽ pastor boni. iplẽs sniam suã cõprehẽsam i vbis thematis. Bon⁹ pastor aiam suã dat p ouib⁹ suis Sic eñ repellit ab ouib⁹ suis rõnabilib⁹ tres turmas caldeoz inficẽ q̃rentiũ greges cũ pueri. iuxta figurã in pncipio iob posita. Sic arcet sic repmit tria lupozũ spũaliũ genera seuissima ab ouib⁹ xpi. lu-

Sermo in concilio remensi

pum carnem.lupum mundum.lupum diabolū. Fides appropriate reprimit mundū. Que est hec victoria que vincit mundū? Fides nostra. Spes coercet ⁊ configit carnem dum agit vt nostra cōuersatio sit in celis.nō carnalis. Charitas demū fugat diaboluz quia sola diuidit inter filios regni ⁊ perditionis.dei scz ⁊ diaboli. His itaq; prelocutis tam profundamento solido dicendorum q̄; vt posito ordine lucido: confusio fastidiosa et memorie inimica vitetur. Pergamus consequenter iuxta hanc triptitam anime tue virtutem o beate pastor.⁊ exequamur tres in hac nostra qualicūq; exhortatione ptitiones principales sub ternario considerationum in vno quoq; partiōis articulo.quatinus edificium nostrū tanq; triangulari triplicitate subnixū .fortior i stabilitate subsistat. Erit prima partitio de pabulo docte predicationis. Erit secunda de pabulo sancte conuersationis. Erit tertia de pabulo pie subuentionis. fiat fiat.

